abrahā reuertēti a cæde, ait. Bñ
dictus dñs excelſus, quo ptegēte, ho
ſtes in manibus tuis ſunt.

Obtēta uictoria de ſiſara, debora & Iud c. 5.
barath cecinerūt dicētes. Qui ſpōte
obtuliſtis de iſrael aīas ueſtras ad pi
culum, benedicite domino.

Vidētes mr̄ieres q̄ Booz accepiſſet Ruth. 4
ruth uxorē, ↄgratulātes noemi ſocrui
eius dixerūt. bñdictus dñs q̄ nō ē paſ
ſus ut deficeret ſucceſſor familię tuæ.

1. Reg. poſt uictoriā quā dedit Deus dauid
17 de Goliath phyliſtæo, dicitur feciſſe
Pſa.147 pſalmum, Benedictus dominus deus meus, q docet manus meas ad p̄liū.
3. Re. 5 Cū audiſſet Hyran uerba Salomonis lætatus eſt ua'de, & ait. Bn̄dictus Deus qui dedit Dauid filium ſapiētiſſimum ſuper populum hunc.
2. Re. 8 Aedificato tēplo dixit Salomō corā uniuerſo pp'lo, Bn̄dictus de' iſrl' q locutus eſt ex ore ſuo ad dauid patrē
1 pa. 16 meū. Fecit dauid principē ad ꝯfitēdū domino, Aſaph & fratres eius. ſeqtur Benedictus dominus Deus iſrael ab æterno uſq; in æternum extremū, & dicat omnis populus Amen.
1. pa. 29 Dauid rex lætat' ē gaudio magno
1. Eſd. 7 & bn̄dixit dn̄o corā uniuerſa multitudie. Vidēs Eſdras animū artaxerxis bonū erga iudæos, dixit, Bn̄dictus deus patrum noſtroꝝ, q dedit in corde
Eſd. ſeu regis, ut glorificaret domum dn̄i.
Nehe. 8 Cū apperuiſſet Eſdras librū Legis ſtetit omnis popolus, & benedixit Eſdras Domino Deo uoce magna, & reſpondit omnis populus. Amen.

Cópleto muro ciuitatis Hieruſalē 2. Eſd.
ſub Eſdra, & Nehemia, dixerũt Leui:ſeu-
tæ, Surgite & benedicite Deo noſtro Nehe. 9
ab æterno & uſq; in æternum.

Sara filia Reguelis cũ cópleret ora Tob. 3
tionē dixit. Benedictũ ē nomē tuũ
Deus patrum noſtrorum.

Filium ſuũ inſtruens Tobias, dixit Tob. 4
iter cætera, Omni tēpore bñdic deũ,
& pete ab eo ut uias tuas dirigat.

Raguel & uxor eius uidētes, ꝙ to Tob. 8
biā iuniorē non læſerat dæmonium,
dixerũt. Bñdiximus te dñe deus iſrl'
qa nō ꝯtigit nobis, queadmodũ puta
bamus. Occulte monuit tobiā & filiũ
eius Raphael ut bñdicerēt deũ cœli, Tob. 12
dicés. Benedicite deum cœli, & corā
omnibus uiuentibus confitemini ei.

Recupato uiſu & auditis ſermoni- Tob. 13
bus raphaelis, aperiés Tobias os ſuũ
benedixit dominũ, & dixit. Magnus
es domine in æternum &c. Iudith.

Ozias princeps ppl'i iſrael uidēs iu 13
dith cũ capite Holofernis dixit. Bñdi
ctus domius, q creauit cœlũ & terrā.

Danieli nocte p uiſionē myſteriũ Dan. 2

In ulnas, & bñdixit deũ, dicẽs. Nũc dĩ
mittis ſeruum tuum dñe &c.

Poſt aſcẽſionem dñi erãt in tẽplo Luc. 24
laudãtes & benedicẽtes deum.

Tribulationes patiẽs Paulus dice= 2. Co. 1
bat. Bñdictus deus & pr̃ dñi noſtri Ie
ſu xp̃i. Similiter Petrus dixit. 1. Pe. 1.

Bñdicere deũ eſt q̃ſi opus uel offi Apoc. 5
ciũ paradiſi. nã Ioãnes in Apoc. dice=
bat. Et oẽm creaturã quæ in cælo eſt,
ſup terrã, & ſub terra: & mare, & quæ
i eo, oẽs audiui dicẽtes. Sedẽti i thro=
no & agno, bñdictio, honor, & ptãs
in ſæcula ſæculorum.

De bñdictione qua hõ hõi bñdixit. Gen. 14

MElchiſedech rex Salẽ occurrit
abraæ bñdicẽs & ait. Bñdictus
abraam deo excelſo &c.

Bñdixit Iſaac Iacob, dicẽs. Det tibi Gen. 27
deus de rore cæli & pinguedine terræ &. 28.
abũdantiã frumẽti & uini &c. Et in
cap. ſequẽti eidem benedixit.

Cũ Eſau ululatu magno fleret, iſa Gen. 27
ac dixit ad eũ: In pinguedine terræ, &
de rore cæli deſup erit benedictio tua
uiues in gladio, & frĩ tuo ſeruies.

Gen.47 Introduxit ioſeph pratrē ſuū iacob ad pharaonem,qui henedicens illi, & interrogatus ab eo quot ſunt dies an norum uitæ ſuæ,reſpondit &c.

Gen.48 Bn̄dixit iacob filijs ioſeph, & ait, deus i cuius cōſpectu ābulauerūt pa tres mei,benedicat pueris iſtis,loque baẗ de Manaſſe & Ephraim,quos pa ter eorum rogauerat ꝑ patrē bn̄dici.

Ibi.49 Poſtmodū ēt bn̄dixit iacob ſingu lis filijs ſuis bn̄dictiōibus proprijs.

Leui.9 Extēdēs Aaron manum ad popu lum benedixit eum.

Num.6 Locutus eſt dominus ad Moſen di cens:Sic benedicetis filijs iſrael.Bn̄ dicat tibi domius & cuſtodiat te,oſtē dat tibi dominus faciem ſuam.

Nu.23 Dixit Balam filius Beor ad balach ad benedicendum adductus ſum,bn̄ dictionem prohibere nō ualeo.

Deu.24 Nō ꝑnoctabit apud te pignus pau ꝑis,ſed ſtatim reddes ei ante ſolis oc caſum ut dormiens in ueſtimēto ſuo benedicat tibi.

Deu.33 Moyſes hō Dei Bn̄dixit filijs iſrl' ante mortem ſuam, & ait, Dominus

de Syna uẽit & de Seir ortus ẽ nobis
Vocauit ioſue Rubenitas & Gaddi Ioſu. 22
tas & dimidiã tribũ Manaſſen, dixitq̃
ad eos. Feciſtis oia quæ uobis p̃cepit
Moyſes, bñdixitq; eis, & dimiſit eos.
In cantico pro uictoria habita d̃ Siſa; Iudic. 5
ra dicitur. Benedicta iter mulieres ia;
hel uxor Aber Cinæi, & benedicatur
in tabernaculo ſuo.
Noemi uidens Ruth nurum ſuam a Ruth. 2
Booz fuiſſe honoratam dixit. Benedi
ctus ſit a domino, quoniam eandem
gratiã quam præbuerat uiuis, ſerua;
uit mortuis.
Cõmendauerat Booz Ruth, quæ ad Ruth. 3
deum iſrael ꝯfugerat, & ait, Benedi;
cta es a Domino filia, q͞a, priorẽ mi;
ſericordiam poſteriore ſuperaſti.
Heli bñdixit Elcanæ & uxori eius, di 1. Re 2
xitq; ei, Reddat tibi domius ſemẽ de
mulier̃ hac pro fœnore quod cõmo;
daſti domino.
Nuntiauerunt Ziphæi Sauli quod da 1. Reg.
uid latitaret apud eos, Dixitq; Saul. 23
Benedicti uos a domino, quia doluiſ
ſtis luctum meum.

mino deo excelſo præ oibus mulieri-
bus ſup terrã: & poſtea uniuerſi præ
sbyteri oẽs una uoce dĩctes. Tu gl̃ia Iudit. 15
hieruſalẽ, tu lætitia iſrael &c.

Factũ eſt cũ audiret ſalutationem Luce. 1.
Mariæ Heliſabet, exclamauit & dixit.
Benedicta tu inter mulieres &c.

De maledictione q̃ hõ hõi maledicit.

PRimus inter hoĩes Noe legiẽ ma- Gen. 9.
ledixiſſe canaan nepoti ſuo, ꝑ eo
ꝙ cham pr̃ eius nuditatẽ ipſius Noe,
cæteris fratribus nunciauit, cũ magis
eã tegere debuiſſet.

Inter uerba benedictionis quæ de- Gn. 27
dit Iſaac Iacob filio ſuo. Qui maledi
xerit tibi, ſit ille maledictus.

De Simeon & Leui dixit Iacob pr̃i Gen. 49
eoꝝ. Maledictus furor eoꝝ, q̃ ꝑtinax
& indignatio eoꝝ, q̃ dura.

Qui maledixerit patri, aut matri, Leui. 20
morte moriatur.

Balach miſit nũcios ad balaam ut Nu. 22.
ueniret & malediceret populo iſrael,
audierat enim ꝙ maledictus erat, in
quem maledictio deueniſſet. Deu. 27.

Multas maledictões ponit moyſes

in eos, qui tranſgrederētur tradita il
lis diuina mandata.

Ioſue. 6 Diruta ciuitate Hiericho imprӕcatus
eſt ioſue dicens. Maledictus uir corā
dño, q ſuſcitauit & ӕdificauit hierico

Iudic. 9 Sichemitӕ inter epulas & pocula
maledicebant Abimelech.

1. Reg. 17 Goliath philiſtӕus maledixit Da
uid in dijs ſuis.

1. Reg. 14 Saul uolēs perſeq philiſtӕos adiu
rauit populum dicēs. Maledictus uir
qui comederit panē uſq; ad ueſperā,
donec ulciſcar de inimicis.

2. Reg. 16 Semei ꝓcedebat egrediēs & maledi
cebat, mittebatq; lapides ꝯtra dauid,
& dicebat, Egredere uir ſanguinū &
uir Belial. Eliſeus maledixit pueris
illudentibus ei, & dicentibus.

4. Re. 2 Aſcende calue, aſcēde, Et lacerati ſūt
quadragita duo pueri, a duob' urſis.

2. Mac. 10 Cū iudas machabeus obſideret qd
dam prӕſidium, illi qui intus erāt, ſu
pra modū maledicebant, & ſermōes
nephandos iactabant.

Ioan. 9 Phariſei maledixerūt cӕco nato, p
Dominum ieſum, illuminato, & dixe

runt. Tu diſcipulus illius ſis.

Arguebant iudæi paulū dicentes. Act. 23
Sūmo ſacerdoti Dei maledicis? Sed il
le excuſauit ſe & dixit, neſciebā frēs
quod princeps eſſet.

De ſeueritate dei erga delinquētes. Gen. 3

GRauiter puniuit deus peccatum
primorū parētū, ꝙ ipſi credebāt
ueniale, nec ita dure puniēdum fore.

Neq; Cain pcm̄ diſſimulauit dn̄s, Gen. 4
ſed dānationis ſentētiā in eū ꝓferēs,
ait. Nūc igiť maledictus eris ſup ter-
rā. Cūq; opatus fueris eā nō dabit ti
bi fruct' ſuos, uagus & ꝓfugus ſup
terrā eris. Originali itē mūdo Deus Gen. 7
non pepercit, ſed ipſum bene totum
diluuij inundatione deleuit.

Quinq; ciuitates pp peccatū So- Gen. 19
domiticū fœtēte ignis cōflagratione
cōſūptæ ſunt p āgelos a Deo miſſos.

Aegitij perſequentes filios iſrael, Exo. 14
ſubmerſi ſunt iubēte Deo, quaſi plū 15
bum in aquis uehementibus.

Quia ppl'us Amalech uoluit īpe- Exo. 17
dire filios iſrael euntes in terram pro
miſſionis, dixit dominus ad Moyſen,

delebo memoriā amalech d̄ ſub cęlo
Exo.32 Propter uitulū quē adorauerūt po
puli, ceciderūt una die quaſi tria mil-
lia hominum.
Le.10.& Egreſſus eſt ignis a dño & deuora-
Nu.3.& uit nadab & abiu filios aarō, q̄a arre-
26 ptis thuribulis, ignē alienū & incēſū
deſup̱ poſuerūt, & corā dño obtulerīt.
Leui.24 Iuſſit dñs, puer͂ blaſphemū extra
caſtra educi, & ab uniuerſo pp̄lo lapi
dari. Cū ortū eēt murmur pp̄li iſrael
q̄ſi dolētiū præ labore ꝯtra dñm, accē
ſus i eos ignis dñi d̄uorauit extremā
Nu. 11. p̄tē caſtrorum. ¶ Ac poſtea cū māna fa
ſtidirēt: carnibus q̄s miſerat dñs uidē
tibus filijs iſrael adhuc exiſtētibus in
dētibus eorum, p̄cuſſit dñs pp̄lm plaga
magna nimis: ut exponūt: p̄p ingluui-
uiē, & uoracitatem, ſeu crapulam.
Nu. 12. Percuſſit dominus Mariā lepra, q̄a
locuta eſt contra Moyſen.
Nu. 14. De ſexcētis millibus uirorum & mil
&.26. le ſeptingētis triginta q numerati ſūt
nullus itrauit terrā ꝓmiſſionis p̄p eo
rū murmur, præter Caleph & Ioſue,
ſicut minatus eſt dominus.

Ligna colligẽs in ſabbato fuit præ cepto domini lapidatus. Nu. 15.

Terribili morte occidit dñs chore & cõplices eius, terra eos deglutiẽte, eo ꝙ ſtetiſſẽt ꝯtra moyſen & aarõ: ac paulopoſt ꝯſũptis ducẽtis qnq̃ginta uiris q ꝓ eis offerebãt icẽſũ. xiiij. millia & ſeptigẽtos hoĩes q murmurauerũt aduerſus moyſẽ & Aarõ ignis đ cælo cõbuſſit. ¶ Hæſitãtẽ ad aq̃s ꝯtra dictionis moyſẽ, dñs pure icrepãs puniuit: cũ tñ uſq; tũc, tã ſãcte & fidel'r ſe geſſiſſet, ſupple, tã ad deũ q̃ ad populũ, dixit eni ad ipſũ & aarõ. Quia nõ credidiſtis mihi, ut ſanctificaretis me corã filijs iſrael, nõ introducetis hos ppl'os in terrã quam dabo eis. Nu. 16. Nu. 20.

Miſit dñs ſerpẽtes ignitos i ppl'm ꝗa teduerit eos itineris & laboris & dixerũt. cur eduxiſti nos đ ægypto &c. Nu. 21.

Acham filius Charmi cũ tota ſupellectile ſua pijt, ꝗa abſtulerat đ anathemate Hierico. Ioſue. 7

Pro peccato in uxore leuitæ cõmiſſo tota tribus beniamin, exceptis ſexcẽtis hoibus fuit, dño iubẽte, deleta. Iudi. 20

Hieroboam ſucceſſiõem officiorum
ſacerdotum eius, occiſus fuit a Leõe,
eo qđ cõtra imperiũ domini comedit
panẽ in domo cuiuſdam prophetæ.

Quadragita duo pueri, a duobus 4.Re.2
urſis ſunt lacerati, pro eo qđ illuſe-
rant. Eliſeo dicentes, Aſcende calue.

Si tam grauiter punitũ fuit Gihezi 4.Re. 5
pueri Eliſei peccatũ q cum poſteris
lepra pcuſſus fuit, eo ꝙ clã dño ſuo
accepit munera a Naamã a lepra per
Eliſeũ curato, ſatis ei uolũtarie data,
qd erit de illis, q accipiũt multa frau-
dolenter exacta, uel uiolẽter extorta?

Ozias rex Iuda cœpit thuribulum, 2.pa.26
& more ſacerdotũ uoluit adolere incẽ
ſum, ſtatimq́ eſt orta lepra in frõte.

Quia Hezechias oſtẽdit theſauros 4. Reg.
ſuos nũcijs regis, Babylonis, amiſit 20
eos, cum tamẽ illi de terra longiqua
ueniſſent, & uidebatur quod lætãter
accipi debuiſſent.

Populum peculiarem & dilectũ tra 4. Reg.
didit dominus ĩ manus Nabuchodo- 24. 25
noſor, q totam gentem crudeliter ca- Hie. 39
ptiuauit, ſanctam ciuitatem cõbuſſit, &. 52

& templum deſtruxit.

Eſaie. 3. Pro eo q͛d eleuatę ſunt filię Siō &c. erit pro ſuaui odore fœtor, pulcherrimi quoq; uiri tui gladio cadēt, & fortes tui in prælio.

Eſa. 14. Hie. 50. & 51. Reges Babylonis filios iſrael, crudeliter tractauerunt, poſtea ēt ipſi cū inclita ciuitate ſua fuerūt deſtructi ſicut minatur dominus.

2. Ma. 3. Heliodorus fuit grauiter flagellatus eo quod uiduarum & pupillorū depoſita uoluit apportare.

2. Ma. 9 Antiochus rex fuit tam graui plaga percuſſus, ut de corpore impii, uermes ſcaturirent, odore etiam illius ac fœtore, exercitus grauaretur.

Mat. 18 Seruum nequam qui noluit dimittere conſeruo centum denarios, dominus iratus, tradidit tortoribus, quoad uſq; redderet uniuerſum debitū.

Mat. 25. Inutilem ſeruū, q traditū ſibi non ſtuduit multiplicare talentum, præcepit dn̄s illo q͛d habuerat ſpoliari, & in tenebras exteriores eijci.

Act. 5. Fra' illa, q̄ ↄmiſit Ananias ↄſcia Saphira uxor̄ ſua, graui fuit ultōe pūita

Herodes ueſtitus ueſte regali, ſedet Act. 12.
p tribunali, ppl's āt acclamabat. Dei
uoces & ñ hoīs. Cōfeſtim ergo pcuſ
ſit eū angel', eo qđ nō dediſſet hono
rē deo, & ꝯſūpt' a uermib' expirauit.

De ira & furore Dei.

ATtēde qđ ſcđm Augu. 15. de ci Augu.
ui. Dei, ira Dei, non pturbatio aī 15. de
eius eſt, ſed iudiciū, quo irrogať pœ ciui. dei
na peccato, cogitatio uero eius & re ca. 25.
cogitatio mutādarū rerū, eſt imutabi
lis rō. Neq; enim, uidelicet, ſicut ho-
minē iratū ita Deū facti ſui pœnitet,
cuius eſt de oībus oīno rebus, tā fixa
ſnīa, q̄ certa pſciētia. Sed ſi nō utatur
ſcriptura talibus uerbis, nō ſe quodā
mō familiarius inſinuat oī generi ho
minū, quibus uult eſſe conſultū, ut &
pterreat ſupbiētes, & excitet negligē
tes, & exerceat q̄rētes, & alat itelligen
tes, qđ nō faceret, ſi ñ ſe prius iclina-
ret & quodāmō deſcēderet ad iacētes

Quod Moyſes ducatū populi reci Exo. 4.
pere iubēte dño, multoties recuſauit,
Iratus eſt dominus in Moyſen. Exo. 14

Iratus eſt dominus i Aegyptios, q &. 15.

xit ad Moyſen. Tole cunctos prici
pes populi & ſuſpende illos
propter hæſitationem ad aquas cō Nu.20
tradictionis, iratus eſt dominus ꝯtra Deu.1
Moyſen ſicut, ipſe dicit deut.1. michi
iratus eſt dominus (.ſ. Moyſi) ꝓpter
uos dixit michi. Nec tu ingredieris il
luc, ſcilicet, in terram promiſſionis.
Cauete, dixit Moyſes, ne forte deci- Deu.11
piatur cor ueſtrū, & ne recedatis a do
mino, ſeruiatiſq; dijs alieīs, & adore-
tis eos, iratuſq; domius claudat cœlū
Filij iſrł' præuaricati ſūt mādatū & Ioſue.7
uſurpauerūt de Anathemate, Seqtur.
Iratuſq; ꝯtra filios īſrl' dn̄s, ꝓp pecca
tū Achā. ¶ Iratus eſt dn̄s ꝯtra ozā &
ꝑcuſſit eū, eo qđ' tetigiſſet arcā Dei. 2.Reg.
Et addidit furor domini iraſci cōtra 6. &.1
iſrael quem cū Dauid numerari feciſ par.13
ſet peſte puniuit ſep tuagita millia ui
rorum interficiens. 2 Reg. 24
Iratus eſt etiā Dominus Salomoni, 3.Reg.
eo quod auerſa eſſet mens eius a Do- 11
mio propter mulieres quas amauit
quarum gratiam dolis immolauit. 4. Reg
Iratus eſt furor domini cōtra iſrael, 13

& tradidit eos i mãu zachaelis regis Syrię,& hoc pp pcm̃ idolatrię,qa adorabãt uitulos,quos fecerat Hieroboã.

4 Reg. 17. Poſt idolatriã & auguria & alia peccata diuerſa irritauerũt dñs filij Iſrael iratuſq; eſt dñs uehemẽter iſraeli, & abſtulit eos de conſpectu ſuo.

2. Para. 19. Propheta Iehu dixit Ioſaphat regi Iuda qui uenerat ad prælıũ cũ Achab rege Iſrael. Impio præbes auxiliũ,& ijs,q oderunt dñm,amicitia iungeris, & iccirco iram dñi merebaris,ſed bona opera inuenta ſunt in te.

2.Pa.24 Ioas rex Iuda,& principes eius ſeruierũt lucis & ſculptilibus,& facta ẽ ira Dñi contra Iudã,pp peccatũ hoc.

2.Pa.25 Amaſias rex Iuda,diuino fret' auxilio Idumæos ſuperauit in bello, & attulit Deos eo℞,& adorauit eos,quã obrẽ iratus eſt dñs contra eum.

2.Pa.32 Ezechias non iuxta beneficia,quæ acceperat a Domino,retribuit, qa eleuatum eſt cor eius, & facta eſt ira contra eum, & contra Hieruſalem.

2.Pa.34 Magnus furor dñi ſtillauit ſup nos, eo quod nõ cuſtodierũt patres noſtri

uerba dñi, dixit Ioſias rex Iuda, audi
tis uerbis q̃ ſcripta erãt ĩ libro legis.
Oẽ qđ ad ritũ dei cœli ptinẽt tribuať 1.Eſd.7
diligẽter ĩ domo Dei cœli ne forte ira
ſcať cõtra regnũ regis & filiorũ eius,
ita præcepit Artaxerxes gentilis.

Comederunt & ſaturati ſũt, & im 2.Eſd.9
pinguati & abundauerunt in delitijs,
in bonitate tua magna, prouocauerũt
autem te ad iracundiam.
Dixit dñs ad Eliphat Themanitẽ. Ira Iob.24
tus ẽ furor me' ĩ te, & ĩ duos amicos
tuos, qm̃ ñ eſtis locuti corã me rectũ.
De babylõe dř, ecce erit nouiſſima ĩ Hie.50
gẽtib' & diſerta ĩuia, & arẽs ab ira dñi
ñ habitabiť, ſʒ tota redigeť ĩ ſolitudinẽ
Machabæ' Iudas ꝯgregata multitu 2.Ma.8
dine, itollerabilis gẽtibus efficiebať.
Ira n. Dñi in miſericordiã uerſa eſt.

In parabola de ſeruo nequã, q no: Mat.18
luit miſereri ꝯſeruo ſuo, dř. Iratus do
minus eius tradidit eum tortoribus.

Contra illos, qui ſe excuſauerũt ne Luc.12
irent ad cœnam dicitur. Tunc iratus
paterfamilias dixit ſeruo &c.

Qui credit in filiũ Dei, habet uitã Ioan.3

ceptauit icẽſioné eoꝝ cũ ad hãc reſpe xerit, illos ꝓ igne ď cœlo ↄſũpſerit.

Eleuantes oculos Bethſamitæ uide rũt arcã domini, & gauiſi ſũt, & obtu lerunt domino holocauſtum, quãuis autem bonum opus facere uiderent, ꝑcuſſit eos dominus graui plaga, eo quod uiderunt arcam, quã uidere nõ debebant, ita irreuerenter. 1.Re. 6

Saul quãdo fuit inter prophetas, expoliauit ſe, & ꝓphetare cœpit, ſed parum ei profuit. 1.Reg 19

Oza extendens manum tenuit arcã ne caderet, qui ſtatim percuſſus a do mino, mortuus eſt. 2.Re. 6 1.pa.13

Licet offerre incenſum domino ſit bonum, nõ tamen cõpetit omni Ho mini. Vnde Ozias rex Iuda percuſſus eſt lepra a domino, eo quod ipſe uo luit incenſum thymiamatis adolere 2.pa.26

Reprobat dominus ꝑ eſaiam obla tiões, quas offerri iſtituit, & hoc pro pter offerentium prauitates. Quo mi hi multitudinem uictimarum ueſtra rũ, dicit dominus, & ſequitur. manus enim ueſtre ſanguine plenæ ſunt. Eſaie. 1

Luc. 21 Prætulit dñs oblationẽ uiduæ quę poſuit duo æra minuta in Gazophila cium,muneribus diuitum.

Luc.23. Herodes cupiebat uidere Ieſum, & uiſo eo gauiſus ẽ ualde,ſed nullũ fru ctũ aſſequutus eſt inde, qa curioſitas, uel uanitas erat i cã,nõ pietas,uel cha ritas. Vide infra in capitulo de recta intentiõe habẽda q̃ & huic cõueniũt.

Quod Deus interdũ probat hoĩes ſiue de tẽtatione Dei qua tentat uel tẽtari pmittit homines.

Gen. 22 TEntauit Deus Abrahã, & dixit ad eum,tolle filium tuum.

Exo. 16 Dixit dñs ad Moyſen,Ecce ego pluã uobis panes de cælo, egrediać popu lus & colligat &c.ſequitur.Vt tentẽ eũ,utrũ ambulet in lege mea uel nõ.

Exo. 20 Loquente domino cum Moyſe cũ ctus populus audiebat uoces & lãpa des,& ſonitum buccinæ,montẽq; fu migantem & perterriti ac pauore pe cuſſi,dixerũt Moyſi. Loqre tu nobis &c.& ait Moyſes.Nolite timere,ut.n. probaret uos,uenit Deus,& ut terror illius eſſet in uobis & nõ peccaretis.

Nō deleuit dñs penit' gētes oēs de Iudic. 2
terra ꝓmiſſionis, ut in ipſis experiret
Iſrael, utrū cuſtodiret eius mandata.

Dereliquit Dominus Ezechiam ut 4. Reg.
tentaretur, & nota fierent omnia, quæ 20.
erant in corde eius, qñ uenerant nun: 2. Pa. 32
tij regis Babilonis ad eum.

Poſtq̃ Tobias fuerat excæcatus, di Tob. 2.
citur ibi. Hanc aūt tentationem, ideo
Deus fieri permiſit, ut poſteris daret
exemplum patientiæ eius.

Dixit Iudith, loquēs de filijs Iſrael Iudit. 8.
quos illo tēpore Holofernes deſtrue:
re cogitabat. Memores eſſe deberent
quia tentati ſunt patres noſtri, ut pro
barentur, ſi uere colerent Deum.

Propter grauiſſimas tribulatiões, Iob. 23.
quas paſſus eſt Iob, ipſe dicebat de ſe
ipſo, probauit me quaſi aurum, quod
per ignem tranſit.

Petebat Dauid a dño dicēs. Proba Pſal. 25
me dñe & tēta me. dñe ꝓbaſti me &c. &. 138.

Ambulans dñs eſus ſuper aquas Ma. 14
iuſſit Petrum uenire ad ſe. Vidēs aūt
uentum ualidum, timuit.

Dixit dominus ad Philippū, unde Ioan. 6.

Deus coram philiſtijm,& duxerũt 1.Re.4
ſecum arcã domini ad prælium,quæ
capta fuit,& illi magna plaga p̄cuſſit
Sciebat dauid ſe eẽ unctũ in regẽ & 1.Reg.
qđ deberet regnare poſt Saul, iuxta 22
id,qđ promiſerat Samuel, nõ tñ cõ-
mittebat ſe diſcrimini tẽtãs Deũ,ſed
faciebat ad ſui cuſtodiã qđ poterat.
Cum magnus piſcis inuaſiſſet To Tob.6
biã,non expectauit quod angelus eũ
liberaret, q tamẽ uelociter hoc face-
re potuiſſet,ſed apprehẽdit brãciam
eius,& traxit eum in ſiccum.
Ozias ſtatuit cũ populo:ut tranſa Iudit.8
ctis quinq; diebus,niſi ueniret adiuto-
rium traderẽt ſe Holoferni.Dixit aũt
iudith p̄ſbyteris ciuitatis. Et q eſtis
uos qui tẽtatis dominum.Nõ eſt iſte
ſermo,qui miſſericordiam prouocet.
Tẽtatus dominus a diabolo,ut ip Mat.4
ſe ſe de pinnaculo tẽpli præcipitaret Luc.4
reſpondit. Nõ tentabis dominũ deũ
tuum,poterat enim aliter deſcẽdere,
Phariſæi uolẽtes capere ieſum i ſer Mat.22
mone,fecerũt ab eo quæri. Vtrum li
ceret dare tributa Cæſari an non. Co

gnita Ieſus nequitia, ait, Quid me tẽ-
tatis Hyppocritæ &c.

Luc. 11 Cum eiceiſſet dæmoniũ dominus,
& loqueretur mutus, quidam tentan
tes, ſignum de cœlo quærebãt ab eo.

Act. 5. Dure icrepãdo dixit Petrus Saphi-
ræ uxori Ananiæ. Quid cõſpiraſtis i-
ter uos ut tentaretis ſpiritũ domini?

Act. 9. De re, q̃ Paulus potuit ꝑ humanã in
duſtriã facere, nolebat miracula expe
ctare. Vñ apud Damaſcũ cũ iſidiarẽt
ei Iudę fecit ſe ꝑ muꝝ i ſporta dimitti

Act. 22 Item cum aſtrictum loris uellet tri
23. & bunus eũ facere torqueri, dixit ſe eſſe
25. ciuem Romanum, rurſum dixit ſe eẽ
Phariſæum, ut poneret diſſenſionem
inter Iudæos, & cum haberet iniquũ
iudicem, Cæſarem appellauit.

DE VOTO.

Gen. 28 IAcob uadẽs ad domũ Labam auũ-
culi ſui poſt oſtẽſam ſibi a domi-
no uiſionem, uouit uotum dicens. Si
fuerit dominus mecum.

Nu. 21. Rex Arad pugnauit contra Iſrael,
& uictor exiſtens tulit ex eo prędam,
At Iſrael uoto ſe obligauit domino,

& poſtea uicit eum.

Pugnaturus iepte, contra filios A= Iudic. 9
mon uotũ uouit dño dicens. Si tradi=
deris filios Amõ in manus meas, qcũ
ꝙ primus fuerit egreſſus de foribus
domus meæ mihiq́ꝫ occurrerit, eũ ho
locauſtum offerã dño. Vñ poſtea flẽs
fi iam, quæ prima ei occurrit immola
re coactus eſt.

Orauit Anna dñm flẽs largiter & 1. Re. 1.
uotũ uouit, dicẽs. Dñe exercituũ, ſi de
deris mihi ſexũ uirilẽ, dabo eũ dño.

Abſalõ uolẽs rebellare pr̃i ſuo Da 2. Reg.
uid, dixit ad Dauid. Vadã & reddã uo 15.
ta mea, quæ uoui dño in Hebron. Vo=
uens uouit ſeruus tuus cũ eẽt in Geſ=
ſur Syriæ, dicẽs. Si reduxerit me dñs 13
in Hieruſalem, ſacrificabo domino.

Lætatus eſt populus, cũ uota ſpõte 1. Pa. 29
ꝓmitteret, quia corde toto offerebãt
ea dño, ſed & Dauid rex lætatus eſt.

Aſa rex Iuda, ea q̃ uouerat pr̃ ſuus 2. Pa. 15
obtulit in domũ dñi, argentũ, aurum
uaſorũq́ꝫ diuerſam ſupellectilem.

Filij iſrael & Iuda obtulerunt deci 2. Pa. 31
mas, quas uouerant domino.

Beata uirgo Maria, uirginitatem uo Luc. 1
luiſſe uidetur, ꝑ hoc qđ ait. Quõ fiet
iſtud, quoniam uirum nõ cognoſco.

Crudele uotum & impium fecerũt Act. 23
illi, iudæi, qui accedẽtes ad principes
ſacerdotũ dixerũt. đuotiõe đuouim'
nos nihil guſtaturos donec occidam'
paulũ, uota mea reddã in cõſpectu.

De oratione.

HVmiliter & diſcrete, ꝯſtanter & Gen. 18
pie orauit Abraham Domiuum
ut parceret Sodomitis.

Pro rebus, quas etiã Dominus præ Gen. 25
deſtinauit facer̄, iterdũ debemus deũ
orare. Vnde iſaac deprecatus eſt Do-
minum pro uxore ſua ſterili, quã pa
rituram fore diſpoſuerat Dominus.

Pẽſandum ualde eſt, q̃ gratus, q̃ hu Gen. 32
milis, etiam importunus, in oratione
fuit iacob, dicens. Domine minor ſũ
cũctis miſeratiõibus tuis. Poſtea quo
modo ipſe ſe ab uxorib' & tota fami
lia ſeq̃ſtrauit & ſolus de nocte remã-
ſit ibidem.

Orauit multoties dominum Moy Exo. 7
ſes, ut amoueret plagas de Aegypto 9. & 10

& exaudiebatur, licet illi mali eēnt.
Exo. 14 Oratio mētalis clamat in aures dei ſicut apparet, quando dixit Moyſi, nihil loquenti, quid clamas ad me.
Exo. 17 In bello quod habuerunt filij iſrael contra Amalech, plus fecit Moyſes orando, q̃ ioſue pugnando.
Exo. 32 Poſt adorationem uituli uidebatur uelle dominus populum delere, ſed Moyſes per orationis inſtantiam obtinuit ei ueniam, & nota ibi modum orandi. Aut, inqt, dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro uitæ.
Nu. 11 Per orationem Moyſi abſorptus eſt ignis qui deuorauit caſtra murmurātium & dolentium pro labore.
Eodē Petijt populus carnes in deſerto, & Dominus iratus cōceſſit eis, Per qđ liquet, ꝙ nō ſemp exauditio orationis ſignum eſt, diuinæ dilectionis.
Nu. 12 Curata ē Maria a lepra ꝑ orōnē Moiſi.
Nu. 21 ¶ Afflictus ppl̄s ab ignitis ſerpētibus dixit ad Moyſen. Ora ꝓ nobis orauit Moyſes pro populo.
1. Re. 1 Cum eſſet Anna amaro animo orauit dominum flens largiter & uotum

uouit, loquebatur autē in corde ſuo, & uox penitus non audiebatur.

Pugnaturi filij iſrael contra phili-
ſtæos, dixerūt Samueli. Ne ceſſes pro 1. Re. 7
nobis clamarē ad dominum, ut ſaluet nos d̄ manu philiſtinorum. Qui cla-
mauit ad dominum, & exauditus eſt.

Diſplicuit Samueli, ꝙ filij iſrl̄ pete 1. Re. 8
rent ſibi regem, tamē orauit ad domi
num. Qui dixit ei. Audi uoce popu-
li tui in omnibus q̄ loquuntur tibi.

Dixit Samuel ad populū, abſit a me 1. Reg.
hoc peccatū ut ceſſem orare ꝓ uobis 12

Dauid dixit ſe inueniſſe cor ſuum, 2. Re. 7
ut oraret dominum.

Deprecatus eſt dominum Dauid ꝓ 2. Reg.
paruulo, & ieiunauit, & igreſſus ſeor 12
ſū, iacuit ſup̱ terrā, bonus fuit modus orādi ſ; tūc dauid nō fuit dignus exa
udiri. ¶ Orās Helias ꝓ pluuia dixit 3. Reg.
puero ſuo, ut ꝓſpicerēt ꝯtra mare, Vñ 18
ſperabat nubē cōſurgerē pluuioſam, ſed uſq; ad ſeptē uices nihil penitus apparebat ſeptima aūt uice apparuit nubecula & data ē pluuia, i qua orō-
ne diuturnitas & inſtātia cōmēdanſ.

uimus dominũ pro hoc, & euenit nobis proſpere.

Nehemias quoq; dum ꝓſperꝰ daret regi bibere, orat deũ cœli. Cũ debuit ad iterrogata reſpõderꝰ, orauerat ualde humiliter. Nehe. 1 & 2

Tobias auditis duris ſermonibus uxoris, cœpit orare cũ lachrymis, & exauditus eſt. Tob. 3

Sara filia Raguelis audita ab ancilla ſua grandi cõtumelia, perrexit ſupius in cubiculũ domus ſuæ, & tribus diebus in oratione perſiſtens, cũ lachrymis deprecabatur dominũ, ut ab illo improperio liberaret eã qđ factũ eſt. Eodẽ

Raphael angelus monuit Tobiam iuniorem, ne dæmoniũ haberet poteſtatem in eum, ut cũ accepiſſet Saram uxorem, ingreſſus cubiculum ꝑ tres noctes cõtineret ſe ab ea, & nihil aliđ facrẽt, niſi ꝙ orõnib' utiq̃ uacarẽt. ꝙ cum feciſſent exauditi fuerunt. Tob. 6

Audientes filij iſrael potentiam Holofernis clamauerunt ad dominum, Eliachim uero ſummus ſacerdos cõmemorabat eis, quomodo Moiſes cõ- Iudit. 4

ſidētē i uirtute ſua Amalech, nō ferro pugnādo, ſed p̄cib' ſāctis, orādo deiecit. Vñ occiſa iudith holoferne libe rati ſūt. 13. ℭ Multū ꝯfidebat iudith

Iudit. 8 ī oratiōibus alioꝝ, uñ ꝓponēs ire ad holofernē, dixit p̄sbyteris. Orate, ut firmū faciat ꝯſiliū meū deus, Seqtur. Nihil aliud fiat ꝓ me, niſi oro ad dñꝫ.

Iudith. 13 Silr qñ debuit āputare caput Holofernis, orauit cū lachrymis ad lectū.

Eſth. 4 Eſther locutura ad regem Ahaſueꝝ dixit Mardochæo. Congrega omnes Iudæos, quos repies, & orate ꝓ me. Quā ſ̄o deuote & humiliter orauerit, poſtea habetur, ca. 14. De oratiōe Mardochæi quomodo deprecatus eſt Dominū ꝓ ſe & ꝓ populo, uid. c. 13

Hie. 11 Magnæ reputationis apud deū erat oro Hieremiæ, quando dicebat ei dominus, ca. 11 Noli orare ꝓ pplo hoc.

Dan. 3 Azarias ſtans i medio fornacis orauit ſic. Benedictus es domie deus patrum noſtrorum. & liberati fuerunt.

Dan. 6 Nō dimiſit daniel, propter impium Darij regis decretū, quin oraret ter in die deum ſuū, genibus flexis, ſicut

ante facere cõſueuerat. Ecce q̃ pretio-
ſum & utile reputabat orar̃ dominũ.

Intelligẽs daniel tẽpus captiuita Dan. 9
tis eſſe cõpletũ, inſtantius orauit pro
populo, in captiuitate detẽto. Et nota
q̃ humiliter & feruẽter orauerit. Vi
dens Suſanna, oẽ humanũ ſibi deeſſe Dan. 13
ↄſiliũ, recurrit ad orõnis ſuffragiũ, &
orõ eius fuit exaudita. Orauit ionas
ad dñm de utero piſcis, & dixit. Cla Ionæ. 2
maui de tribulatiõe mea ad dñm, &
exaudiuit me. Cũ uidiſſet iudas, & fra
tres eius ꝙ appropiquarẽt hoſtes cõ 1. Ma. 3
gregatus eſt cõuẽtus, ut eſſent parati
in p̃liũ, & ut orarẽt & peterent miſeri
cordiã & miſeratiões. Ac paulo poſt
idẽ. ¶ Iudas machabæus cõmiſſurus
p̃liũ ↄtra Gorgiã ait. Clamemus in 1. Ma. 4
cœlũ & miſerebit̃ nr̃i Dñs, & ↄgreſſi
ſunt, & cõtritæ ſunt gẽtes. Itẽ poſtea
cũ reliquo exercitu Lyſiæ p̃liaturus
orauit, & dixit. Bñdictus es ſaluator
iſrael & uictoria potitus eſt.

In duobus aũt precipuis bellis nõ 1. Ma. 6
legitur oraſſe. Vno ſcilicet, contra re- &. 9
gem Antiochum. Eupatorem & tũc

nominis eius ſuper ipſos, & ira dei
miſericordiam conuerſa eſt.

Orabat ſceleſtus antiochus dñm a 2. Ma. 9
quo nõ eēt miſericordiã ꝯſecuturus

Nicanor & q cũ eo erant cũ tubis & 2. Mac.
& canticis admouebant, iudas ꝟo cũ ul ti.
ſuis, inuocato Deo ꝑ orationes ꝯgreſ
ſi ſunt. Manu qdē pugnantes, ſed cor
dibus dominũ orantes, proſtrauerũt
nõ minus trigita quinqꝫ milia homi
nũ, præſētia Dei magnifice delectati.

Dominus & Saluator noſter in euã Mat. 6
gelijs nos orare docuit uerbo, Sic er Luc. 11
go orabitis, pater noſter, &c. Oportet
ſemper orare & nunquam deficere.

Breuem, Vtilem & humilem modũ Mat. 8
orandi habuit leproſus ille, qui genu Mar. 1
flexu, adoraui. dominũ ieſum dicēs. Luc. 5
Domine, ſi uis, potes me mundare.
Qui tangens dixit. Volo Mũdare. Et
mundatus eſt.

Similem modum orãdi, per modũ Mat. 8
inſinuationis, habuit Centurio, cum
dixit, domie puer meus iacet paraly
ticus. Et ſanatus ē puer ex illa hora.

Itē Martha & Maria pro Lazaro iã Ioan. 11

ſepulto. Quē quatriduanum ſuſcita
uit dominus.
Mat. 9 Etiam de eo, quod dominus facere
propoſuit, uult per nos ipſe quādoq;
Luc. 10 rogari, unde ait Rogate dominū meſ
ſis, ut mittat oparios in meſſem ſuā.
Statim ſequitur, Conuocatis &c.
Mat. 14 Dimiſſa turba, aſcēdit Dominus in
montē ſolus orare. In quo docemur,
qd̓ dum orare uolumus turbā debē
mus fugere, ne turbemur.
Ioā. 14 Item animauit ꝓmiſſione. Luc. 11.
&. 16 petite & accipietis. Itē, Si quid petieri
tis patrem in nomine meo, faciam.
Mat. 14 Informauit exemplo ipſe enim, qui
Mat. 1 poterat imperare, uolebat orare.
Luc. 9 Specialiter autem, inſtante perſecu
Mat. 26 tione paſſionis ſuæ, orauit, & orare
Luc. 22 monuit. Vigilate & orate, aiebat.
Lucæ. 7 Quando Maria Magdalena ueniā
obtinuit a domino dicente. Remittūn
tur tibi peccata. Nihil uocaliter oraſſe
dicit, ſed fleuiſſe. Vbi apparet effica
tia mētalis deſiderii, etiā ſine orōne
uocali. ¶ Ad inſtantiā orōnis, dñs
Luc. 11 nos inducit, exemplo amici ad amicū

media nocte euntis.

Exēplo uiduæ, q̄ ab iniquo iudice, cū Luc. 18
īportūitate m'lta, ſeſe uīdicari petebat

Ad humiliter orādū & iactātiā ꝯtē Humil'r
nendā, inducit Dominus exemplū, d̄ orandū
ſuꝑbo phariſæo & humili publicano Luc. 18

Poſt aſcēſionē domini in cœlum, re Act. 1
uerſi ſūt diſcipuli ī Hieruſalē, & erāt
omnes perſeuerantes in oratiōe una-
nimiter, cum mulieribus & maria.

Apoſtolo uolētes unum de diſcipu Act. 1
lis eligerē in apoſtolum, loco iudę, ſta
tuerūt duos ioſeph & Mathiā, & orā
tes dixerūt. Tu domine, qui noſti om
nium corda, oſtende quem elegeris.

Oēs fidl'es ī primitiua Eccl'ia, ꝑſeue Act. 2
rātes erāt i doctrina Apoſtoloꝝ, & cō
mūicatiōe fractiōe panis, & orōnib'

Item petrus & Ioānes aſcenderūt in Act. 3
templum, ad horam orationis nonā.

Cum oraſſēt diſcipuli unanimiter Act. 4
una uoce, motus ē locus, in quo erāt
ꝯgregati, & repleti ſunt oēs ſpū ſctō
& loquebantur uerbū dei in fiducia.

Lapidabāt Stephanū iudæi, inuocā Act. 7
tem & dicentem. Domine ieſu, accipe

ad quod aſſumpſi eos. Sequitur, Tūc ieiunātes & orantes, eiſq; manus imponentes, dimiſerunt illos. Et fecerūt mirabilem fructum.

Cum iret paulus ad orationem obuiauit puellæ, quæ ſpiritū phytonē habebat, quem paulus expulit, præcipiens ei in nomine ieſu. Act. 16

Recedēs paulus a fratrib' de Achaia, poſt paucos ſermones & pia ꝟba, poſitis genibus, cū oībus illi orauit. Magnus aūt fletus factus eſt oībus. Act. 20

Cum oraſſet in tēplo paulus, factus eſt in ſtuporem mētis, uidit Dominū ieſum dicentem. Feſtina & exi ueloci ter de Hieruſalem. Act. 22

Patre publij febribus & diſſenteria laborante, cū oraſſet paulus, & impoſuiſſet ei manus, ſanauit eum. Act. 28

Apoſtolus paulus orādū eſſe, ſine intermiſſione, monebat, hoc ipſumq; ſo citus faciebat Rom. 1. Sine intermiſſiōe orā one memoriam facio ueſtri ſemper dum orarionibus meis. Sine intermiſ 1. Th. 5

A deo grāde & arduū opus eſt ora: Arduū quod ipſe paulus, ad id agendum op' oīe

Rom. 8 dicebat ſe ſufficientẽ nõ eſſe, cum ait.
2.Th. 3 Nam quid oremus ſicut oportet ne ſcimus propter qđ ipſe orõnes alioꝝ frequenter & humiliter flagitabat.
Orãdũ Fratres orate pro nobis,
ꝑ malis Petebat etiam paulus orationes fie
amouẽ ri ꝑ malis amouẽdis, & ꝑ bonis ob
dis. tinendis. De primo ꝙ crederet ſe alio rum orationibus iuuari dicit.
Ro.15 Obſecro uos fratres, ut adiuuetis me, in oratiõibus ueſtris ad deum, ut liberer ab infidelibus.
2.Co. 1 Et de tãtis ꝑiculis eripuit nos deus. & eripiet adiuuãtibus uobis ĩ orõne.
Colo. 4 De ſecundo, quod bona obtinere per aliorum orationes optabat, ait. Orantes pro nobis, ut deus aperiat nobis
2.Theſ. oſtium ſermonis, ad loquẽdum my
3 ſterium Chriſti. Et alio loco, Fratres orate pro nobis, ut ſermo dei currat & clarificetur.
Orandũ Orabat paulus ꝑ alijs, ut eos uiderẽ
ꝑ alijs. & in eis fructificare poſſet. Memoriã
Ro.1 ueſtri facio ſemꝑ in orõnibus meis, obſecrans, ſi qñ proſperũ iter habeã in uoluntate dei, ueniendi ad uos.

Et ad Titum. Sine intermiſſione ha Titũ. 1
o tui memoriā, ī orationibus meis
ĉte ac die, deſiderans te uidere.
ē pro Theſſalonicēſibus, ut deus 2. Theſ.
s ad uiā ſalutis uocaret. Oram' ſp 1
o uobis, ut uos dignos habeat iſta
catione dominus deus noſter.
t pro philippenſibus, ut ipſi de bo Phil. 1
i melius ꝓficerēt. Hoc oro, ut cha
as ueſtra magis ac magis abũdet.
ē ut plenitudınē diuinæ cognitio- Col. 1
haberent. Nō ceſſamus ꝓ uobis
ites & poſtulantes, ut impleamini
nitione uoluntatis eius.
pſ̄s iacobus orōnē dicit ualere, ꝓ Orandũ
tinēda corpali ſalute. Orō fidei, ſal ꝓſalute
bıt ifirmũ. Itē & ꝓ æterna, q̄ ē ſal' corpali
ipſ̄r uera. Orate ꝓ inuicē, ut ſalue æterna ;
ni, multõ enim ualet deprcatio iuſti Jacob. 5

DE FLETV.

Leuit Agar lõge ab Hiſmaele di- Gen. 21
ſcedens, nec uoluit uidere puerũ
riētiũ. ¶ Venit Abrahā, ut plāge
Sarā uxorē ſuam defunĉtam. Gen. 23
iulatu magno fleuit Eſau, qđ be- Gen. 27
diĉtionem patris haberet iacob.

Gen. 29 Eleuata uoce, fleuit iacob, poſtq̄ re‑
cognouerat Rachel ꝯſobrinā ſuam.

Gen. 33 Stringens Eſau collū iacob, & oſcu‑
lans eum fleuit.

Gen. 37 Sciſſis ueſtibus iacob, indutus eſt ci‑
licio lugens filiū ſuū multo tempore

Gen. 42 Aduertit ſe parump & fleuit poſtq̄
audiui fratres ſuos dicentes. Merito
hæc patimur, quia peccauimus i fra‑
trem noſtrum.

Gen. 43 Cōmota fuerūt uiſcera ioſeph ſup
fratre ſuo Beniamin, & erupuerūt la‑
chrymæ, & itroiens cubiculū fleuit.

Gen. 45 Eleuauit uocē ioſeph cum fletu, &
46. & dixit fratribus ſuis. Ego ſum ioſeph
50 Item cum amplexatus recidiſſet i col‑
lum Beniamin fleuit, & oſculatus plo‑
rauit ſup ſingulos fratres, idē fleuit
cum aſſendiſſet obuiam patri irruens
ſuper collum eius, itē ſup patre ſuo
mortuo, iterum fleuit quem etiam fle‑
uit Aegyptus ſeptuaginta diebus.

Nu. 11 Vulgus ꝓmiſcuum, quod aſcēde‑
rat ex Aegypto flagrauit d̄ſid̄rio car‑
nium, ſedēs & flens ait. Quis dabit
nobis carnes ad ueſcendum?

Vociferans

Vociferās omnis turba, fleuit, mur Nu. 14
murantes & dicentes. Vtinā mortui
eſſemus in Aegypto.

Omnis multitudo uidēs occubuiſ Nu. 20
ſe Aarō, fleuit ſup eo trigīta diebus.

Filij iſrael Moyſen mortuū, fleue Deu. 34
runt triginta diebus.

Angelus Domini uenit ad locū flē Iudi. 2
tium, & improperauit filijs iſrael bn̄
ficia quæ a deo receperunt, & peccata
quæ commiſerunt, & leuauerūt uocē
ſuam & fleuerunt.

Pugnaturi filij iſrael, ꝯtra filios be Iudi. 20
niamin fleuerunt coram domino.

Et poſtmodum obtēta uictoria, fle Iudi. 21
uerunt pp deſtructionē fratrū ſuoꝝ.

Recedēte nohemi, nurus eius flere Ruth. 1
cœperunt.

Orauit Anna dominum, flens lar 1. Re. 1
giter.

Audita obſidione iabes galaad, le 1. Reg.
uauerunt uocem filij iſrael, & fleue 11
runt.

Lugebat Samuel Saulem, quoniā 1. Reg.
dominū pœnitebat, quod conſtituiſ 15. &
ſet eum in Regem. 16

1. Reg. 20 Dauid & ionathas oſculantes ſe, fleuerunt pariter.

1. Reg. 24 Saul audiens uocem Dauid, qui pe percerat ei, eleuata uoce fleuit.

1. Reg. 30 Vidẽs Dauid ciuitatẽ Sicelag eſſe ſucẽſã, & abductos hoĩes inde captiuos, plãxerũt ipſe & populus, q̃ erat cũ eo, donec deficerẽt ĩ eis lachrimæ.

2. Re. 1 Planxit dauid ſup̱ Saul & ionathã & alios interfectos.

2. Re. 3 Dauid & omnis populus fleuerũt ſuper Abner, quem occiderat ioab.

2. Reg. 12 Noluit dauid flere p̱ filio paruulo mortuo & tamen fleuit pro infirmo.

2. Reg. 18 Quamuis abſalon exhibuerit ſe peſſimum erga patrem, tamen Dauid fleuit eum miſerabiliter mortuum.

4. Re. 8 Eliſeus uidens azaelem coram ſe, cœpit flere, propter mala, quæ ille erat facturus filij iſrael, cum eſſet futurus rex Syriæ.

4. Reg. 20 Fleuit ezechias fletu magno, orans Dominum pro morte, quã ibi imminere in proximo putabat.

4. Reg. 22 Cũ audiſſet ioſias rex iuda cõminationes ſcriptas in libro Legis do-

mini, propter peccata, ſcidit ueſtimẽta ſua & fleuit, & multũ deo placuit.

Cũ reædificabatur templũ ab ijs, qui redierunt de babylone, non poterat quiſquã agnoſcere uocem clamoris lætantium, & uocẽ fletus populi. 1. Eſd. 3

Orante Eſdra & flente, propter cõmixtionem populi Gentilis cum iudæis, collectus eſt ad eum cæcus grãdis uirorũ & mulierum & fleuit populus multo fletu. 1. Eſ. 10

Cũ audiſſet nehemias miſerabilẽ ſtatum ciuitatis Hieruſalẽ fleuit diebus multis, & ieiunabat & orabat, ante faciem dei cœli. Nehe. 1

Flebat ppl's cũ audiret uerba legis. Nehe. 8

Tobias mẽducauit panem cum luctu & tremore, quia corpus iugulari proximi, in domo habebat, quod nocte ſepelire uolebat. Tob. 2

Poſtea auditis ſermonibus uxoris, ĩgemuit & cepit orar̃ cũ lachrymis. Tob. 3

Sara filia raguelis, audita ab ancilla graui contumelia, orauit ad dominum cũ lachrymis, ut ab illo improperio eam liberaret. Eodẽ

Tob. 5 Cũ receſſiſſet a parẽtibus ſuis Tobias iunior, cœpit flere mater eius, & dixit. Baculũ ſenectutis nr̃æ tuliſti.

Tob. 7 Raguel cognoſcẽs Tobiam iuniorem cum lachrymis oſculatus eſt eũ & plorauit ſuper collum eius.

Tob. 9 Veniens gabelus ad domũ raguelis, uidens Tobiam iuniorem diſcũbentem, fleuit & benedixit eum.

To. 10 Morã faciẽte Tobia, fleuit mater eius irremidiabilib' lachrymis, at q̃ dicebat. Heu mihi, ut qd miſimus peregrinari, lumen occuloꝝ nr̃orũ &c.

To. 11 Exurgẽs cæcus Tobias, occurrit filio ſuo redeunti & ſuſcipiens, oſculatus eſt eum cũ uxore ſua, & cœperũt flere præ gaudio.

Iudit. 6 Cũ expoſuiſſet achior omnia, quę dixerat Holofernes oĩs populus cõmuni lamẽtatione & fletu, unanimes preces domino effuderunt.

Iudit. 7 Factus ẽ fletus & ululatus magnus in Eccleſia, per multas horas una nocte clamauerunt ad dominum, dicentes. Peccauimus cũ patribus noſtris.

. 13 Stetit iudith ante lectum holofer-

his orans cum lachrymis, ut deus id quod cogitabat, perficere dignaretur

Cum audiſſet Mardochæus iniquā ſententiam contra iudæos prolatam, ſcidit ueſtimēta ſua & indutus eſt ſacco ſpargens cinerem capiti ſuo, & cū eiulatu clamans animi ſui amaritudinē oſtēdebat. In omnibus quoq; prouicijs, ad quas crudele regis dogma puenerat, plāctus ingēs erat apud iudæos, ieiunium, ululnatus & fletus. Eſth. 4

Poſtquā amā uidit Mardochæum tam magnifice honoratū, feſtinauit ad domum ſuā lugēs operto capite. Eſth. 6

Sāctus iob fleuit p mſerijs pprijs. Verſa eſt in luctū cithara mea, & organū meū i uocē flētiū. Cuius flet' uehemētia, apparet p hoc q dixerat. Iob. 30

Facies mea intumuit a fletu, & palpebræ meæ caligauerunt. 16

Fleuit idē pro miſerijs alienis. Flebam ſup eo quodā qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea paupi. Et poſt. Mœrens incedebam &c. Iob. 30

Rex & propheta dauid habebat de lachrymis ſuis lauachrū. Lauabo, R Pſal. 6

ſingulas noctes, lectum meū lachry
mis meis ſtratum meum rigaui.
Pſal. 14 Fuerūt ei alimētum & potus. Fue
79 runt mihi lachrymæ panes die ac no
pſa. 101 cte. Potum nobis dabis i lachrzmis,
In menſura. Et alibi, Poculum meū
cum fletu miſcebā Vnde uerſus uul-
gatus habet. Huic lachrymæ laua
chrum panis potuſq; fuerunt.
Pſal. 55 Plorauit etiā dauid uitā ſuā reco-
lēdo deus uitā meā annunciaui tibi,
posuiſti lachrymas meas in ꝯſpectu
pſal. 94 tuo. ¶ Item orādo dn̄m. Exaudi ora
tionem meam domine & deprecatio
nem meam auribus precipe & ad la
chrimas meas ne ſileas. Et alibi, plo-
remus corā domino, qui fecit nos.
pſa. 126 Itē cœleſtis patriæ recordādo. Su
ꝑ flumina babylonis illic ſedimus
& fleuimus.
Eſai. 22 Vidēs Eſaias deſtructionem popu
li ſui dicebat. Recedite a me amare
flebo. Nolite incūbere. Vt cōſolemi-
ni me ſuꝑ uaſtitate filiæ populi mei.
Hie. 13 Dixit hieremias. Audite & aurib'
precipite, Nolite eleuari q͞a dominus

locutus eſt. Seqtur. Q᷑ ſi hoc nõ au
dieritis i abſcõdito plorabit aia mea
a facie ſuperbiæ. Plorãs plorabit &c.

Copioſi fletus in hieremia ipſo ſi- Hier: 9
gna erãt multæ lachrymæ. Quis da-
bit capiti meo aquam & oculis meis
fontem iachrymarum.

Itẽ & multi gemitus. Idcirco ego Thre. 1
plorãs & oculus meus deducẽs aq̃.
Sequitur. Multi enim gemitus mei &
cor meum mœrens.

Et clamo ſi ſingultus. Diuiſiones Thre. 3
aquarũ deduxit oculus meus ſeqtur.
Ne adertas faciem meam a ſingulto
meo & clamoribus.

Et oculorũ defectus defecerũt prę Thre. 2
lachrymis oculi mei & conturbata
ſunt uiſcera mea.

Ego daniel lugebam triũ hebdo- Dan. 10
mãdarum diebus panẽ deſiderabilẽ
non comedi & caro & uinum nõ in-
troierunt in os meum.

Flebãt amici Suſannæ, cũ uiderẽt Dan. 13
p̃ſbyteros aduerſus eã teſtimoniũ ꝓ
laturos & ipſa ẽt flens inſpexit in cœ
lũ erat enim cor eius habẽs fiduciã.

1.Ma.1 Antiochus fecit in hieruſalem cęde magnā hominum, & factus eſt plāctus magnus i iſrl', & omnis maritus ſumſit lamentum, & quæ ſedebant in thoro maritali lugebant.

1.Ma.2 Planxit iſrael planctu magno, pro morte Matathiæ.

1.Ma.9 Fleuerūt omnes de iſrael iudā Machabæū planctu magno dies multos dicentes.

Quomodo cecidit potens, qui ſaluū faciebat iſrael.

1.Mac. 12.& 13 Interfecto ionatha & duobus filijs eius cum mille uiris, quos retinuerat ſibi, a Tryphōe, luxit iſrael luctu magno.

2.Ma.4 Cōtriſtatus eſt Antiochus, ꝑꝑ iniq̄ mortē onię, & flexus ad miſericordiā lachrymas fudit, & recordatus eſt defuncti ſobrietatem & modeſtiam.

Mat.2 Occiſis bimatis pueris, ꝑ Herodē, impletum eſt, quod dictū eſt ꝑ hieremiam prophetā. Vox in Rama audita eſt ploratus & ululatus multus. &c.

Mar.9 Pater, pueri lunatici, exclamās cū lachrymis, aiebat. Credo domine, ad

iuua incredulitatem meam.

Maria Magdalena legit ter fleuiſ- Luc. 7
ſe, ꝑ peccatis ſuis ad pedes domini. Ioan. 11
Secũdo ꝑ morte fratris. Tertio, pro & 20
paſſione Domini.

Saluator noſter inuenit tribus ui Ioã. 11
cibus lachrymis fudiſſe, ſuper lazaꝝ
quem ad mortalem uitam reuocabat

Sup hieruſalem ciuitatem, quam Luc. 19
propter peccata deſtruẽdam ſciebat.

Et in cruce quãdo ſeipſum ꝑ mũ- Heb. 5
di peccatis hoſtiam offerebat, Vt ait
paulus, preces cum lachrymis & cla
more ualidu offerens.

Poſt negationẽ tertiã, petrus egreſ Luc. 22
ſus foras, fleuit amare. Sed nota. Q d
Lucas præmiſit, dicens. Reſpexit do
minus petrum.

Eundẽ dñm ad crucẽ ſequebatur Luc. 23
multa turba populi, & mulieꝝ, quem
plangebant, & lamẽtabantur eum.

Cũ aduenisset petrus in ioppẽ cir Act. 9
cunſteterunt eum omnes uiduæ flen
tes, & oſtẽdentes ei tunicas & ueſtes
quas faciebat illis Dorcas.

Paulus apoſtolus cũ lachrymis do Act. 20

mino ſeruiebat ait enim, cũ uale dice
ret fratribus. Vus ſci͂jis qualr uobiſ
cũ ꝑ oẽ tempus fuerim ſeruiens dño
cũ humilitate & multis lachrymis.

Act. 20 Item cũ lachrymis proximos mo
nebat, & ipſos ad lachrymas ꝓuoca-
bat per trienium ait, Nocte & die nõ
ceſſaui cũ multis lachrymis, mouẽs
unumquemq; ueſtrum, Seq̃tur. Ma-
gnus fletus factus eſt.

2. Co. 2 Item cũ lachrymis ſcribebat epi-
ſtolas ſuas. Ait enim.

Phili. 3 Nã ex multa tribulatione & angu
ſtia cordis ſcripſi uobis, ꝑ multas la
chrymas. Multi ãmbulabãt, quos ſæ
pe dicebã uobis nunc aũt flens dico.

Ro. 8 Et ad Romanos ait. Spiritus poſtu
lat pro uobis gemitibus inenarrabi-
libus tales aotem gemitus, nõ ſolent
eſſe ſine fletu.

De Iuramento.

Gen. 21 DIxit Abimelech abraham. Deus
tecum eſt in unieuaſis quę agis
iura ergo mihi. Dixitq; Abraham.
Ego iurabo.

Gen. 31 Iacob & Labã inierũt fœdus & iu

rauit Iacob p̃ timorẽ patris ſui Iſaac.

Moyſes iuaauit q̃ habitaret cũ Ie- Exo.2
tro & acciperet Sephorã filiã eius in
uxorem. ¶ Pepigit ionathas fœdus 1.Reg.
cũ dauid in dño & iurauerũt ambu. 18.20

Audiens dauid duritiã Nabal, ait. 1.Reg.
Hoc faciat dominus inimicis Dauid 25
& addat ſi reliquero de omnibus q̃ſſe
ad eum pertinẽt uſq; ad mane etiam
mingentem ad parietem.

Flente dauid pro morte abſalon fi 2.Reg.
lij ſui dixit ioab. Surge & procede & 19
alloquẽs ſatis fac ſeruis tuis. Iuro.n.
tibi p̃ Dñm q̃d ſi nõ exieris ne unus
quidẽ remãſurus ſit tecũ nocte hac.

Dauid iurauit bethſabæ matri Salo 3.Re.1
monis q̃d Salomõ regnaret poſt eũ.

Rex Salomõ audita petitione ma- 3.Re.2
tris pro Adonia iurauit p̃ Dñm. Hoc
faciat mihi deus & hoc addat q̃a con
tra animã ſuã locutus eſt uerbũ hoc.

Dixit helias Theſbytes ad achab 3.Reg.
regẽ iſrael uiuit deus meus iſrael in 17
cuius cõſpectu ſto ſi nouerit hĩs an-
nis ros & pluuia niſi iuxta ds meũ. 3.Reg.

Benadab rex Syriæ idignatus ad re 20

ſpōſionē Achab, ait. Hoc faciāt mihi dij, & hoc addant, ſi ſuffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi, q̄ ſequitur me.

9. Reg. 19 Simile iuramētū fecerat impia Iezabel, quod occiderē Heliā prophetā.

4. Re. 2 Dixit helias ad Eliſeum. Sede hic q̄a dominus miſit me uſq; ad bethel, cui ait Eliſeus.

Viuit Deus, uiuit anima tua, quia non derelinquam te.

Iudit. 1. Nabuchodonoſor iurauit p̄ thronū & regnū ſuū q̄ defēderet ſe

1. Ma. 6 Rex Antiochus filius antiochi, miſit ad iudeos pacem facere, & iurauit illis, rex & princeps, Seq̄tur. Et rupit citius iuramentum.

Mar. 6 Herodes tetarcha iurauit filiæ Herodiadis. Quicq̄d petieris, dabitur tibi licet dimidium regni.

Mat. 26 Petrus dicētibus ſibi. Et tu ex illis es, nam & loquela manifeſtū te facit. Cœpit deteſtari & iurare, quia nō nouiſſet hominem.

2. Cor. 11 Apoſtolus paulus multoties legiē iuraſſe in epiſtolis, ſic enim ait. Deus

& pater domini noſtri ieſu, ſcit, quia non mentior.

Item ad Coloſſ. Teſtē deum inuoco in animam meam. 2. Co. 1. 16

Et ad Gala. Ecce coram deo, q̃d non mētior, teſtis ē mihi deus, cui ſeruio Gala. 1

De Sabbati obſeruatione.

OBſeruatio Sabbati originē trahit ex eo, quod dicitur. Benedixit dñs diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, quia in ipſo ceſſauit ab omni opere ſuo. Gen. 2

Sexto die filij iſrael in deſerto colligebant Manna, in duplici quantitate, ut die ſabbati uacarēt ab omni ope. Exo. 16

Itē in præceptis decalogi, ſoliu mādati de obſeruatione Sabbati, ratio redditur. Quia minus de ratione habere apud carnales hoíes uidebatur. Exo. 20

Præceptum, de obſeruatiõe Sabbati, frequenter in lege reperitur, ut homo id diligenter obſeruet, & ut uerā requiem adipiſci laboret. Eodē. 31 Leu. 19 24. 26

Homo deprehēſus colligēs ligna in Sabbato, fuit præcepto domini, a toto populo, lapidatus. Deu. 5 u. 8

Nu. 28 Die Sabbati offerebant duo agni
ultra illos q quotidie in iugi ſacrifi-
cio, offerebātur, diebus aliis domino
tantum, niſi in ſolennitatibus & calē
dis, ad deſignādū quod in feſtis abū
dantius deum laudare debemus.

2. Eſ. 13 Vidēs Nehemias homines torcula
ria calcātes, & onera portantes uena-
lia in Sabbatis, obiurgauit eos, tanq̄
diem Sabbati prophanantes.

1. Ma. 2 Gentiles, ex parte antiochi, conſti
tuerunt prælia in diebus Sabbatorū
aduerſus quoſdam, q fugierāt de iu
daa. At illi non miſerunt lapidē, nec
oppilauerunt loca occulta, dicentes.
Moriamur omnes in ſimplicitate no
ſtra. De quibus eſt aduertēd. Quod
licet in hoc erga mandatum domini
deuotionem oſtenderint, tamen atten
dentes poſtea, quod in hoc ppl's do-
mini diſpergi poterat, cogitauerunt
E dē ſaniori conſilio, dicentes. Ois homo
quicunqꝫ uenerit ad nos in die bello
Sabbatoꝝ, pugnemus aduerſus eum
Nō enim dicitur opus ſeruile, pugna
re pro tuenda uita, uel pro lege dei.

Machabæus iudas & ſocij ſui pu- 2.Ma. 9
gnātes ꝯtra Nicanorē & exercitū ſuū
interfecerunt nouem millia hominū
cæteros autem fugere compulerunt:
ſed non perſeuerauerunt inſequētes
eo quod erat ante ſabbatum.

Nicanor cogitauit cū omni impe- 2.Mac.
tu, die ſabbati bellū cōmittere: ſed iu 15
dæi q eū p neceſſitatē ſeqbant, dixerūt
ei. Ne ita ferociter, ac barbare feceris,
ſed honorē tribue diei ſāctificatiōis.

Diſcipuli domini, uellentibus ſpi- Mat. 12
cas & mādūcantibus, dixerunt phari
ſæi Ecce faciunt quod nō licet facere
ſabbatis. Ad ille dixit ei. Nō legiſtis
qđ fecit dauid, Sequitur. Dominus
eſt filius hominis, etiam ſabbati.

Saluator noſter legitur, īſabbatis Mat. 12
multa feciſſe miracula, ut patet p oīa
Euāgelia. Cuius ratio triplex aſſigna
ri poteſt. Vna, ut ſe dominum oſtēde
ret, ut ſupra Mat. 12. Secūda, ut uerā
intelligentiam præcepti daret: qa nō
ab omni ope ceſſandū. Mat. 12. Luc. Luc. 6
6. An licet ſabbato benefacerē an ma
le: animam ſaluam facere, an pderes

Luc. 13 Tertia,ut plures homines,audiẽtes
eum & uidẽtes,ædificaret ut Luc. 13
Eodē Cū curaſſet iclinatā mulē m,Archi
ſynagogus indignās,qa curaſſet Sab
bato,ieſus dicebat turbæ. Sex dies
ſunt in qbus oportet,operari, in his
ergo uenite & curamini, & nō in die
Sabbati. Reſpondēs dn̄s ieſus Archi
ſynagogo,dixit. Hypocritæ,unuſqſq
ueſtrum Sabbato non ſoluit bouē
ſuum aut aſinum a præſepio,& ducit
adaquare? Hanc autem filiā Abrahæ
quam alligauit Satanas, ecce decem
& octo annis,nō oportuit ſolui a uin
culo iſto die Sabbati? Et cum hæc di
ceret, erubeſcebāt omnes aduerſarij
eius,& oīs populus gaudebat in uni
uerſis q̄ glorioſe a chriſto ieſu fiebāt.
Luc. 23 Mulieres ſācte,quæ parauerāt aro
mata ad ungendū corpus domini: cū
ita diſtricte ſeruabant Sabbatū,ut ta
li die noluerint tam ſanctum corpus
inungere. Vnde Sabbato quidē ſilue
runt,ſecundum præceptum
Ioā. 19 Sabbato requieuit dominus in ſe
pulchro.

Dies

Dies Sabbati erat apta ſpecialr & ꝯueniẽs, ad audiẽdũ ꝟbũ & legẽ dei Act. 13
unñ Actuũ. 13. dicit. Voces propheta-
rũ, quæ p oẽ Sabbatum leguuntur.

De reuerentia templo.
exhibenda.

Locutus eſt dominus ad Moyſen dicens. Facies labium æneum ad lauandum, & miſſa aqua, lauabũt in eo aarõ & filij eius, manus ſuas ac pedes, quãdo ingreſſuri ſũt tabernaculum teſtimonij. Exo. 3 0 & 40

Nõ licebat, niſi paucis, itrare tabernaculum, nec uaſa ipſius tangere. Nu. 4

Diligẽtior & feruentior fuit Salomon, in ædificatione templi Dei, q̃ in ædificatiõe domus propriæ. Nam domum dei compleuit ſeptẽ annis, domũ uero propríam, tredecim annis. Præterea citius cœpit ædificare templum q̃ domum ſuam. 3. Re. 6 & 7

Magnam fecit Salomõ ſolemnitatem, in dedicatione templi, quod Dominus ſanctificauit. 3. Re. 8 & 9

Prçcepit ioiada pontifex, ut Athalía educeretur extra templum, & nõ 4. Reg. 11

occiderunt in templo domini.

Commota & cõfuſa ciuitate Ephe ſina, Paulus prudẽter & humiliter ac quieuit conſilio amicorum. Qui ro gauerunt eum, ne ſe daret ĩ theatrũ. Vbi etiam apparuit prudentia illius Scribæ, qui pulchre ſedauit populũ ſic commotum, & remiſit ad domũ. A 19

Cũ uellet Paulus de Græcia naui gare ĩ Syriam, & intelligeret ſibi a iu dæis eſſe paratas inſidias, caute decli nauit. Et reuerſus eſt per Macedoniã, nec recuſauit comitatum, quem fece rãt ei fratres diuerſarum ciuitatum. Act. 20

Cũ Tribunus iuſſiſſet Paulũ cędi et flagellis torqri, dixit Paulus cõſtãti ſi bi cẽturioni. Si hoiem Romanũ licet indẽnatũ uobis flagellare? & diſceſſe runt ab eo, qui eum torturi erant. Act. 22

Act. 23 Sciens paulus quod una pars eſſet Phariſæorũ, exclamauit. Viri fratres, Phariſęus ſum &c. Et ſurgentes qdã Phariſæorum pugnabant pro eo.

Eodem Poſtea cũ audiſſet, quod quidã iudæi uouerant, ſe nihil guſtaturos, donec occiderent Paulum, fecit hoc nũtiari Tribuno, qui miſit eum cũ multis armatis, ad Felicẽ Syriæ Preſidẽ.

Act. 25. Cum Feſtus Præſes uellet eũ i Hieruſalem reducere ad inſtantiã iudæorum, Paulus prudenter aduertens eorum malitiam, Cæſarem appellauit.

De Aſtutia & caliditate mala.

Gen. 3. PRimum magiſtrum caliditatis et mendacii, ſeu aſtutiæ, patet fuiſſe diabolum in ſerpente. Qui cum calidior eſſet cunctis animãtibus, primã mulierem ſeduxit.

Non enim uoluit uirum aggredi primum, quem ſciebat maiori diſcretione dotatum.

Gen. 29 & 30. Multoties uoluit ſeducere Iacob nepotẽ ſuũ mõ in uxore, mõ i mercede, Labã (ſcilicet) ſocer eius. Sed Dñs in fraude circumueniẽtium illi affuit.

Cū Labā ſcrutaret ſuppellectilē Iacob & ueniret ad tētoriū Rachel, illā ſolicitudinē quærētis aſtute deluſit. Ge. 31.

Sequientes ob ſtuprum ſororis ſuę Dynæ filii Iacob, callide ſuaſerunt, Sichem & ciuitatis populum circuncidi. Quo facto, & irruerunt in eos, & faciliter occiderunt. Gen. 34

Filii Iacob uoluerunt decipere patrem, quando tunicam Ioſeph tinxerunt in ſanguine hœdi, mittentes qui dicerent ei. Hanc inuenimus uide utrum tunica filii tui ſit, an non? Gen. 37

Diuerſas excogitauit aſtutias Pharao rex Aegypti ad hoc, ut filios Iſrael totaliter extirparet. Ad hoc etiam: Vt eos in Egypto interimeret, & nullatenus recedere pateretur. Ex. 1. 5.

Malefici Pharaonis quantum ad duo ſigna, prima, fecerunt per incantationes, ſicut fecerat Moyſes. Exo. 8.

Malitioſe locuti ſunt Chore, & cōplices eius, quando ſteterunt contra Moyſen & Araon, dicentes. Sufficiat uobis, quia omnis multitudo ſanctorum eſt, & i ipſis eſt dominus. Quid Nu. 16.

eleuamini ſuper populum Domini.
N.22 Videns Balaach rex Moabitarum, quod fortitudine filios Iſrael vincere non poterat, uoluit eos maledictione Balaam ſuperare.
Ioſue.9 Gabaonitæ audientes, quæ fecerat Ioſue Hiericho & hai, callide cogitauerunt, quomodo poſſit ita facere, ꝙ non totaliter delerentur.
1.Reg. 13. Cauerãt Philiſtini, ne faber ferrari' inueniret i omni terra Iſrael, ne forte Hebræi facerẽt gladiũ, aut lanceam.
1.Reg. 18. Saul inuidens proſperitati Dauid, dixit de filia ſua Michol, quã Dauid habere uolebat. Dabo eam illi, ut fiat ei i ſcãdalũ & ſit ſuper eũ manus philiſtinorũ. Dixit ergo Saul ad Dauid. In duab' rebus gener me'eris hodie.
2.Reg. 11. Per magnam aſtutiã uoluit Dauid celare iniquitatẽ ſuam, quando miſit pro Vria, ut dormiret cũ uxore ſua.
2.Reg. 13. Nephandã calliditatẽ docuit Amnõ filium Dauid, Ionadab filius Semna, quando dixit ei, ut langorem ſimularet, & ſic Thamar ſororẽ Abſalõ de ꝙ tẽptabat ſolus habere poſſet.

Cum uellet Abſalō uidicare iniu- Eodem
riam ſororis ſuæ, quam oppreſſerat
Amnō frater eius, fecit per grāde cō
uiuium, & fratrem ſuum inuitauit, et
dum comederet, ibi eū occidi fecit.

Ambiens Abſalō regnum patris, 2. Reg.
cœpit malitioſe adulari, & facta pa- 15.
tris ſui uituperans ſeipſum bene iu-
dicaturum iactauit.

Dixit Hieroboā ī corde ſuo: Nūc re- 3. Reg.
uerteſ regnū ad domū Dauid, ſi aſcē- 12.
derit populus iſte, ut faciat ſacrificiū
ī domo Domini ī Ieruſalē, & excogi-
tato cōſilio, fecit duos uitulos aureos

Achab rex Iſrael dixit quadā ge- 3 Reg
neralia uerba, nunciis Benadab regis 20.
Syriæ ſuos & ſua liberaliter offeren-
do. Ex quibus ille aſtute uoluit eum
grauare nimis ad ſpecialia deſcēdēdo

Scelerata Iezabel crudeli aſtutia u- 3.
ſa eſt, ad hoc: ut uineam Naboth acq 21 Reg.
reret uiro ſuo.

Sedechias filius Chanaā propheta 3. Reg.
Baal, fecit ſibi cornua fieri ferrea, q̄ſi 22.
eſſet ꝓpheta uerus, dicēs regi Achab
Hæc dicit Dn̄s, his uentilabis Syriam

donec deleas eam. Tandem feſellit eum, & fecit eum ire ad bellum.

4. Re. 5. Currens Gihezi poſt Naaman, callide colorauit petitionem ſuam, quando dixit: Dominus meus miſit me ad te, dicens: Modo uenerunt ad me duo adoleſcentes, da eis talentum argenti & ueſtes mutatorias duplices &c.

4. Reg. 11. Athalia mater Ochoziæ regis Iuda, uidens mortuum filium, interfecit omnem ſemē regium, & ſic regnauit ſuper terram ſex annis.

4. Reg. 18. Loquebatur alta uoce Rapſaces nuncius Sennacherib regis Aſſyriorū, ut audiret eum populus, & timeret ſuper murum.

2. Pa. 13 Dū Abia rex Iuda exercitū ſuū cōfortaret, & aduerſarios icreparet. Hieroboā rex Iſrl' retro moliebat īſidias Cūq; ex aduerſo hoſtiū ſtaret, ignorantē Iudā, ſuo ambibat exercitu.

1. Eſd. 4 Ne. 4. 5. Varias excogitauerūt aſtutias uicini filiorum Iſrael, qui redierant de captiuitate Babylonis, Ad hoc: Vt impedirentur in ædificatione templi, & murorum ciuitatis Hieruſalem.

Superbiſſimus Aman, uidēs quod Eſth. 3.
Mardochęus ipſum adorare nolebat,
occaſione eius ſuaſit regi p mēdacia,
ut totus Iudæorũ populus deleretur.

Quia Satã nõ poterat corã deo uir- Ib. 1.
tutes ſancti Iob omnino negare, uolu
it intētionē eius callide deprauare, di
cēs. Nunqd fruſtra Iob timet deũ? No
ta tiã ibi. Quomodo una die Diabo
lus omnia bona, tēporalia ei abſtulit
& ſimul nũcios uenire fecit, ut multi
plici dolore p impacientiã frãgeret.

Principes & Satrapę regni, Perſarũ Dan. 6.
pcurarunt, ut Darius ſtatueret decre
tum, contra quod Danielem cogita-
uerunt omnino debere facere, ut hac
arte ipſum poſſent a rege auertere.

Duo ſenes præſbyteri deteſtandã Dan. 13
adinuenerunt nequitiam, ut poſſent
Suſãnam decipere, & poſtea ſe de ea
crudeliter uindicare.

Plenus malignitate Alcimus ac- 1. Ma. 7
ceſſit ad Demetriũ regē, & accuſauit
Iudam Machabæum in multis. Dein-
de ut narratur, Secundi Macha. 14. 2. Mac.
Obtulit regi coronã aureã, & alia 14.

quædam dona,& ipſa quidem die ſi-
luit. Et poſtea tãtum fecit, & dixit, ꝙ
rex ſummũ ſacerdotẽ eum cõſtituit.
2 Ma. 4 Iaſon miſit Menelaũ portantẽ pe-
cuniam Antiocho regi, at ille Mene-
laus cõmendatus regi ĩ ſemetipſum
retorſit ſummum Sacerdotium, ſup-
ponens Iaſoni talẽta argẽti trecenta.
Mat. 2. Herodes clã uocatis Magis diligen
ter ab eis didicit tempus ſtellæ, que
apparuit eis, & mittens eos ĩ Bethle-
hem, dixit. ite, & interrogate diligen
ter de puero. Hoc uero qua intẽtione
diceret, apparuit ĩ occiſione pueroꝝ.
Mat. 22 Phariſęi uolentes capere Dominũ
in ſermone, miſerunt ad eum diſcipu
los ſuos cumHerodianis, dicẽtes. Ma
giſter ſcimus quia uerax es: Licet cẽ-
ſum dare Cæſari. an non?
M. a. 23. Pricipes iudæorũ cuſtodibus ſepul
chri, dederũt pecuniãcopioſã, ut dice
rẽt, Ieſũ de nocte furto ſublatũ eſſe.
Ioan. 9 Varios circuitus fecerũt Phariſæi,
ut facerent cõfiteri cæcum illumina-
tũ, ꝙ nõ eſſet illuminatus a Chriſto.
Act. 5. Ananias cõſcia Saphira uxore ſua,

fraudauit de pretio agri uenditi.

Samaritani attēdebant ad Simonē Act. 8.
magū, eo quod magicis artibus ſuis
multo tempore dementaſſet eos.

Vidētes iudæi quod uerbū Domi Act. 13.
ni diſſeminabatur p Paulū & Barna-
bā, cōcitauerunt religioſas mulieres
& honeſtas & primas ciuitatis Antio
chenæ, & excitauerunt perſecutionē
i illos, & eiecerūt eos de finibus ſuis

Cum paulus & Barnabas eſſent i Act. 14.
ciuitate Lyſtris, & tantam haberent
gratiam ibi, quod homines ipſis tāq
diis ſacrificare uoluerant: Superuene
rūt quidam iudæi, qui taliter perſua
ſerūt turbis, quod Paulus fuit ibi la-
pidatus, & extra ciuitatem tractus,
putabatur eſſe mortuus.

Quæſtuarii quidā cum puella ſpi Act. 16.
ritum phytonem habēte, uolētes cō
queri de Paulo: nō dixerunt, quod p
eum amiſerūt quæſtū ſuū, ſed mētiē-
do dixerūt: Hi hoies cōturbāt ciuita-
tē noſtrā, ānūciāt īſtituta, q̄ nobis nō
licet ſuſcipere, cū ſimus Romani.

iudei malitioſe cogitauerūt paterea Act. 23.

Tribuno, ut paulū pduceret ī mediū, q̄ſi aliq̄d certū inquiſituri eſſent ab il lo. Inſidiabātur autē ei multi, qui uo lebant ſtatim interficere eum, & ad hoc etiam obligauerunt ſe p uotum.

De eruditione liberorum.

Gen. 37 Audiens Iacob ſomnia Ioſeph, ī crepabat eum: Ne contra ſe fra trum ſuorum inuidiam ſuſcitaret.

Gen. 42 Negligentiam filiorum arguebat Iacob audiens, quod alimenta uende rentur in Aegypto.

Leu. 24 Blaſphemus in eremo lapidatus fuit filius mulieris Iſraelitidis, de ui ro ægyptio generatus. Tales enim fi lii male frequenter inſtruuntur.

Deu. 4. Pręcepit Dominus per Moyſen, ut filii Iſrael docerēt filios ſuos, ea quæ ipſi uiderant.

Deu. 21 Contumax filius & proteruus, & parentum imperio obedire conten nens, præcipitur a Moyſe per popu lum lapidari.

1. Reg. & 4. Heli ſacerdos male corripuit filios ſuos, & ideo tam ipſe, quam illi ſunt a Domino puniti.

Adonias filius Hagith, male fuit a pře ſuo Dauid correptus & idcirco ſuperbiā elatus regnare uoluit, ſꝫ tā dē a fratre ſuo regnāte fuit occiſus. 3. Reg. 1 2.

Appropinquans ad mortē Dauid, diligēter inſtruxit Salomonem filiū ſuum, qui regnare debebat poſt eū. 3. Reg. 2 1. Pa. 28

Tobias ſenior filium ſuū ab infantia timere Deum docuit, & abſtinere ab omni peccato. Deinde, cum ſe cito crederet moriturum, pie & ſalubriter inſtruxit eum. Similiter fecit inſtante morte ſua. Tob. 1. 4. 5. 14.

Parentes Saræ uxoris Tobię iunioris dimiſerunt ire filiam ſuam cū uiro ſuo monētes eam, honorare ſoceros, diligere maritum ſuum, regere familiam ſuam, gubernare domum, & ſeipſam irreprehēſibilē exhibere. To. 10.

Magnā ſolicitudinē gerebat Iob, de liberis ſuis, qui cum ſimul comediſſent, offerebat holocauſta per ſingulos dies, ne forte peccaſſent. Iob. 1.

Parentes Suſannæ cum eſſent iuſti, erudierūt filiam ſuam, ſecundum legem Moyſi. Dan. 13

1. Ma. 2 Cum appropinquaret morti Mata
thias filios ſuos ſalubriter inſtruxit,
& contra impios animauit.

2. Ma. 7 Supra modum mater mirabilis,
quæ patientes ſeptem filios ſub unis
us diei tēpore conſpiciens, ſingulos
hortabatur pia uoce dicens: Neſcio
qualiter ĩ utero meo apparuiſtis, &c.

Quod bonis cōſiliis nō acquie
ſcere periculoſum eſt.

Gen. 19 ANgeli q̃ apparuerūt Loth, dedes
rūt ei bonū conſiliū, ut exiret de
Sodomis, & generos ſuos ſecum du
cēs, neq̃ iaq̃ poſt tergū reſpicerētq̃, ſ;
ĩ mōte ſaluos ſe facerēt. Q uidixit ge
neris ſuis, q̃ accepturi erāt filias eius:
ut egrederētur. Sed uiſus eſt eis qua
ſi ludēs loq̃. Generi ergo Loth, nolen
tes exire de medio prauæ gētis, perie
rūt cū ipſis Sodomitis. Vxor autē ei'
retro reſpiciēs, uerſa eſt ĩ ſtatuā ſalis.
ipſe etiā Loth qui iuxta conſiliū an
geli noluit ſtatim in montem aſcen
dere, cum propriis filiabus peccauit.

Gen. 37 Ruben conſuluit fratribus ſuis, ut
42. Ioſeph redderetur patri ſuo. Qui nō

acquieuerunt ei; iccirco uenit poſtea ſuper eos tribulatio.

Filiis Iſrael uolētibus aſcēdere ante tēpus, ad locū, de quo locutus fuerat Dñs ait Moyſes. Nō ē Deus uobiſcū, Amalechites & Chananę' ante uos ſunt, quorū gladio corruetis, eo qđ nolueritis acquieſcere Domino. Nu. 14.

Poſt ſcelus perpetratum in uxorē Leuitæ: conuenerunt filii Iſrael, & miſerunt nuncios ad filios, uel tribum Beniamin, qui dicerent. Cur tantum nephas in uobis repertum eſt? Tradite homines, qui hoc flagitium perpetrauerunt. Qui noluerunt audire, ꝓpter qđ omnes poſtea, exceptis paucis, fuerunt occiſi. Iudi. 20

Dixit Abner Aſaeli, ut deſiſteret ab inſecutione ipſius. Quod audire contempſit. Abner autem ipſum aduerſa haſta transfodit. 2. Re. 2

Roboam filius Salomonis, noluit audire cōſilium ſenum, ſed conſilio iuuenum acquieuit. Et ideo magnā populi ſui partem amiſit. 3. Reg. 12

Bonū & fidele cōſiliū dedit Achior Iudit. 5

Holoferni: quod ille cũ ſuperbia & indignatione contempſit, qui paulo poſt fuit occiſus, & eius exercit', cũ damno & confuſione fugatus.

Hie.40: 41.&.4 Reg.25 Godoliæ quẽ Rex Babylonis præfecerat terræ Iudæorum, nunciauit fideliter Iohanan, filius Careah, quod Iſmael filius Nathaniæ uolebat eum occidere. Qui reſpõdit ei. Falſum loqueris de Iſmaele. In menſe autem ſeptimo uenit Iſmael, & occidit Godoliam poſtquam comederat cum illo.

Dan. 4. Conſilium meũ placeat tibi, o rex, & peccata tua elemoſynis redime, ait Daniel Nabuchodonoſor regi. Qui nõ acquieuit, & mutatus eſt ĩ beſtiã.

1.Ma. 5 Vadẽs ĩ Galaad Iudas Machabęus reliqt Ioſephũ et Azariã duces populi, & p̃cepit eis dicẽs. Nolite bellũ cõmittere aduerſus gẽtes, donec reuertamur. Illi uero uoluerũt ſibi facere nomẽ, & perdiderunt res & nomen.

1.Ma. 9 Habebat Iudas Machabæus octingẽtos uiros ſecũ, aduerſariorũ uero uigintiduo millia, & auertebant eum ſocij, ne pugnaret tũc, ſed prius exercitu

citu

citu congregato. Qui noluit acquieſcere eorum conſilio, & in illo bello ipſe cecidit, cæteri uero fugerunt.

Bonum ꝯſilium dedit uxor pilati uiro ſuo. Sed ille acqueſcere recuſauit, magis timens Cæſarem offendere, q̃ iuſtum ſanguinem condẽnare. Mat. 27

De ſuſpitione & falſa credulitate.

COgitauit Abrahã, quod forſitã non erat timor Dei in Geraris, & homines illius terræ eũ occiderẽt propter uxorem ſuam. Id quod etiã putauerat de Aegxptiis. Gen. 12 & 20

Simile accidit iſaac. Gen. 26

Suſpicatus eſt Labã, qđ iacob furatus eſſet deos eius. Et ob hanc cauſam pſcrutatus ẽ totã ſuppellectilẽ. Ge. 31

Vidẽs iacob ueſtimẽta ioſeph, ſanguine cruẽtata, putauit eum eſſe mortuum, & a fera peſſima deuoratum. Gen. 37

Præcepit ioſeph diſpẽſatori ſuo, ut ĩtroduceret fr̃es ſuos domũ ad comedẽdũ ſecũ, at illi exterriti, crediderũt quod uellet eos ſubiicere ſeruituti. Gen. 43

Rubenitæ & Gaaditæ, eũtes ad poſſeſſiones ſuas, ædificauerunt altare Ioſu. 22

trās iordanē. Quo audito, filij iſrael turbati fuerūt, neſcientes quare hoc feciſſent illi, & putauerunt, quod uellent ſe ab eorū lege penitus ſeparare.

Iudi. 15 Cum iuisſet Sampſō ad domū patris ſui, ſocer eius putauit, qđ odio haberet uxorē ſuam, & repudiasſet eam unde tradidit eam alij uiro.

1. Re. 1 Heli uidēs Hānā labia mouere, & nullū ỽbū ꝓferre, æſtimauit eā eē temulentā. ¶ Quia Saul ꝑſequebatur

1. Reg. 22 dauid, imponebat ipſi dauid, qđ ipſe ꝑſequeretur eum. Vnde dicebat: Qđ filius ſuus ionathas ſuſcitaſſet ſeruū ſuū inſidiātē ei, licet esſet falſiſſimū.

1. Reg. 29 Cū eēt Dauid cū Achis rege Geth, quaſi cuſtos capitis ſui. Satrapæ dixerunt ad Achis Vt recederet dauid, ne forte tranſfugeret ad Saulem.

2. Reg. 10 Miſit dauid nuncios ad regē Ammō, ut cōſolaretur eū ſup patris interitu. Pricipes autem illius putauerūt, quod ueniſſent ad explorandā ciuitatem non ad conſolandum regem.

Eſth. 7 Poſtꝗ rex Ahaſuerus turbatus fuit cōtra Aman, & ille iacebat ſuꝑ lectū,

Eſther, ad rogãdum eam, pro animã
ſua. Impoſuit ei rex, qđ ipſo præſen-
te, uoluerit reginam opprimere,
Dũ uellet Hieremias ire ad terrã Be Hie. 37
niamin, cõprehẽdit eũ cuſtos porte,
& ipoſuit ei, ꝙ fugeret ad chaldæos.
Nunciante Hieremia ꝓpheta uolũ Hie. 43
tatẽ Domini populo terræ, qui remã-
ſerat poſt deſtructionem Hieruſalẽ,
dixerunt ei. Mendacium tu loqueris:
non te miſit dñs, ſed Baruth filius
Neriæ, incitauit te aduerſum nos, ut
tradat nos in manus Chaldæorum.
Tortores q Eleazarum ducebant 2. Ma. 6
ad ſupplicium, in iram ꝟſi ſunt, pro
pter ſermones ab eo dictos, quos illi
per arrogantiã dictos arbitrabãtur.
Vidẽtes diſcipuli ſupra mare dñm Mat. 14
ambulãtem, putauerunt phantaſma Ioan. 6
eſſe, & præ timore clamauerunt.
Simon phariſæus uidens mulierẽ Luc 7
peccatricem ad pedes Domini flentẽ
ait intra ſe dicens. Hic ſi eſſet prophe
ta, ſciret qualis eſſet. &c.
Ad hoc, qđ nullus đ ſe alte ſẽtiat Luc. 18
nec male ſentiat de aliquo, multũ ua

let exēplū qđ adducit Saluator de iactāte ſe phariſæo & humili plubliſcāo. Videntes iudæi Apoſtolos dñi, poſt effuſiōem ſpiritus ſancti, loquētes uarijs linguis, dicebant quidā eorum. Quia muſto pleni ſunt.

Act. 2

Act. 9 Omnes diſcipuli Chriſti timebāt Saulum poſt ꝯuerſionē ſuā, nō credētes, qđ eſſet diſcipulus, donec Barnabas duxit illū ad apoſtolos, & narrauit illis, Quomodo ī uia uidiſſet Dominum, Et quomodo in Damaſco fiducialiter egit in noīe Domini ieſu.

Act. 21 Tribunus Lyſias uidēs paulum a Iudeis tam male tractari, quæſiuit ab eo. Nonne tu es Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitaſti, & eduxiſti in deſertum, quatuor millia uirorum Sicariorum?

Act. 28 Vt uiderunt Barbari pendētē uiperā in manu pauli, adinuicē dicebant. Vtiq; homicida homo ē hic. Eſt æſtimabāt eū in tumorē conuertendum, & ſubito caſurum & moriturum.

Quod ſancti uiri permittunt aliqua fieri non libenter.

IAcob pmiſit abduci Beniamī filiū ñ libēter, & tenerē dlectū, pp neceſſitatē uictualiū ad inſtantiā filiorum. Gen. 43

Moyſes permiſit dari libellū repudij, odioſis uxoribus iudæorum, qa timebat in eis uxoricidium. Deu. 24 Mat. 5 &. 19

Conſiderato dauid populo ſuo, cōſtituit ſup eū Tribunos & Centuriones, dixitq; rex ad populū. Egrediar & ego uobiſcum. Et reſpondit populus. Nō exibis, qa tu unus p dcē millibus cōputaris. Melius ē ergo ut ſis nobis ī urbe pſidio, ad quos rex ait. Quod uobis uidetur hoc faciam. 2. Reg. 18

Eliſeus pmiſit quod filij pphetarum quærerēt Heliam, ne forte ſpiritus Domini proiecisset eum: cū tamē ſciret, quod iſti laborarēt in uanum. 4. Re. 2

Cognouit Simō, qđ Tryphon cū dolo loqueretur, petēs duos filios Ionathæ, & cētū talēta argēti: iuſſit dari tñ argētū & pueros, ne forte aduerſum ſe inimicitiā populi concitaret. 1. Mac. 13

De iuſtitia & æquitate.

ABraham uolens ſeparari a Loth nepote ſuo, dedit ei optionē, ut Gen. 13

eligeret partem quã uellet: & ſic pul
chre poterit partitio fieri, ut maior di
uidat, & minor eligat.
Gen. 30 Dixit Iacob ad Laban. Reſpõdebit
cras iuſtitia mea.
Nu. 27. Teſtimonio dñi iuſtã rẽ poſtulas
uerãt filiæ Salphaad, quæ in hæredita
te pr̃na ſuccedere a moyſe petierũt.
Iudic. 1. Rex AdoniBezelis cõprehẽſus a
filijs iſrael dixit. Septuaginta reges
amputatis manuũ ac pedũ ſũmitati-
bus, colligebãt ſub mẽſa mea ciboꝝ
reliqas, ſicͥ feci ita reddidit mihi dñs.
1. Reg. 15 Adducto Agag rege Amalech co
rã Samuele, ait ei Samuel. Sicut fecit
abſqꝫ liberis mulieres gladius tuus,
ſic abſqꝫ liberis erit iter mulieres mr̃ tua
1. Reg. 26 Dixit Dauid ad Saul, q eũ iniuſte ꝑ
ſequebatur. Dñs retribuet unicuiqꝫ
ſcd̃m iuſtitiam ſuam & fidem.
1. Reg. 30 Cõſtituit Dauid, & quaſi pro lege
habitũ eſt, ut æqua eſſet ps deſcẽdẽ-
tis ad p̃liũ & remanẽtis ad ſarcinas.
2. Reg. Dauid noluit accipe gratis ab Are-
una iebuſæo aream quã habere uoles
1. Re. 21 bat, ſed iuſto præcio mediante.

Audiẽs hœdum balãtem Tobias, dixit. Videte ne furtiuus ſit, ſed reddite eum dñis ſuis: quia non licet uobis, aut edere ex furto, aut cõtingere. Tobi. 2.

Achior dixit Holoferni q̄ inquiri faceret utrũ populus iudæorũ ſeruaret legẽ dei ſui, an nõ: q̄ ſi nõ ſeruaret, poſſet eos ſibi redigere in ſeruitutẽ. Iudit. 5.

Præcepto regis Aſſueri ſupbus & iniquus Aman ſuſpẽſus eſt, ĩ illo eodẽ patibulo qđ ipſe parauerat Mardochæo, & hoſtes iudæorũ eodem die ab ipſis iudæis occiſi ſunt, quos iudæos illi occidere putauerunt. Eſt. 7. 8

Cõtra babylonem ꝓphetãs Hieremias ait. Reddite ei ſcd̃m opus ſuũ: iuxta oĩa quæ fecit facite illi. Hie. 50.

Iubẽte Dario rege, uiri q accuſauerũt Danielẽ, miſſi ſunt in lacũ leonũ, & nõ ꝑuenerũt uſq; ad pauimẽtũ, donec arriperẽt eos leones, & oĩa oſſa eorum cõminuerunt: ut cap. 14. Dani. 6. &. 14.

Fecit populus duobus ꝑsbyteris ſenibus, qui inique accuſauerũt Suſãnam, ſicut male egerãt aduerſus ꝓximum, & interfecerunt eos. Dan. 13.

2.Ma. 4 In eodem loco,i quo Andronicus iniuſte occiderat Oniam ſummũ ſa- cerdotem, fecit eum uita priuari, pur pura prius exutum, Antiochus.
2.Ma. 5 Impius iaſon, q̃ inſepultos abiece- rat multos, ipſe illamentatus, & inſe pultus abijcit, nec propriam, nec pe regrinam habuit ſepulturam.
2.Ma. 9 Antiochus homicida & blaſphe- mus peſſime ꝑcuſſus: utiq; ipſe mul tos tractauerat, peregre in montibus miſerabili uita defunctus eſt.
Mat. 18 A ſeruo neq̃, q̃ noluit dimitteř cõ ſeruo ſuo cẽtũ denarios, merito repe tijt dñs uniuerſum debitum, quod li beraliter prius dimiſerat illi.

De iudicijs hominum re- ctis, aut prauis.

Gen. 11 & 18 CAuſã, q̃ neſcit iudex debet dili- gẽtiſſime iueſtigare, queãdmo- dũ iob d̃ ſe refert dicẽs cãm, q̃ naſcie bã diligẽtiſſime iueſtigabã. Iob. 29

Vnde deus quẽ nihil latere poteſt dicitur deſcendiſſe, ut uideret ciuita- tem, quam ædificabant filij Adam: Si militer dixit ipſe, Deſcendam, & uide

bo utrum clamorem,qui ad me per
uenit opere impleuerint.

Iniuſte præcepit iudas Thamar nu Gen. 38
rum ſuam comburi.

Dñs ioſeph,nimiũ credulus ꝟbis Gen. 39
ꝯiugis,miſit ipſũ i carcerẽ. Minora ꝑ
minores iudices, & maiora ꝑ maio Exo. 18
res debẽt diſfiniri,iuxta id qđ ꝯſulit
iethro Moyſi. De duodecim bobus Nu. 17
& ſex plauſtris, nullũ dedit Moyſes
filijs Gaath,licet eſſẽt ſibi propinquo-
res,ſed totũ dedit alijs Leuitis,eo ꝙ
iſti amplius indigebant, ꝗ grauiora
portabãt. ¶ Cõſuluit Moyſes Dñm Nu. 27
occaſiõe filiaꝝ Salphaad,& rñdit Do
mius. Homo cũ mortuꝰ fuerit abſq;
filio, ad filiã eius trãſibit hæreditas.

Voluit Moyſes,ut filij rubẽ, & cæ Nu. 32
teri,qui petebant terram iam acquiſi
tam,armati alios ꝓcederẽt ad bellũ
donec terra alia eſſet penitus acq̃ſita.

De filijs Samuel dicitur. Declinaue 1.Re.8
runt poſt auaritiã,acceperuntq; mu
nera, & peruerterunt iudicium.

Iniuſte protulit dauid ſentẽtiã cõ 2. Reg.
tra Mephiboſeth,abſentẽ ad uerbũ 16.19

Sibæ, ipſi Dauid xenia offerēti. Verū̄
tñ poſtea cognita ueritate uoluit ini-
quam ſniam penitus reuocare.
3. Re. 3. Salomō recte iudicauit de duabus
mulieribus, quaꝝ quælibet contēde-
bat unius pueri eſſe mater.
2. pa. 19 Cōſtituit ioſaphat rex iuda, iudi-
ces terræ ꝑcipiēs eis. Videte qd facia-
tis: non enim hoīs exercetis iudiciū,
ſed dei. Quodcunqꝫ iudicaueritis, in
uos redūdabit. Sit timor dñi uobiſcū
& cum diligentia cuncta facite.
Eſth. 3. Ad ſuggeſtionē Aman rex Aſſue
rus iniuſte dixit ppl'o. age qđ placet.
Eſaiæ. 1 De iudicibus iſrael dicebat Eſaias
Principes tui infideles, ſocij fuꝝ, oēs
diligūt munera, ſequūtur retributio
nes, pupillo non iudicāt, & cā uiduæ
non ingreditur ad illos.
Hie. 38. Quia Hieremias a dño ꝓphetabat
hierl'm capiendū eſſe a chaldæis, di-
xerūt principes ppl'i Sedechiæ regi.
Rogamus ut occidať hō iſte. q rñdit
eis. Ecce iſte eſt in manibus uřis, nō
Dani. 2. eni phas eſt, regē uobis qcq̄ negare.
Nabuchodonoſor rex babylōis ꝑ

cepit ut perirēt oēs ſapientes babylo
nis, eo ꝙ illi ſomnium qđ uiderat,
non poterant iudicare.

Quāuis Darius rex pſa ꝶ innocētē Dan. 6.
ſciret eſſe Danielē, tñ ad inſtātiā Satra &. 14.
pa ꝶ fecit eū mitti in lacū leonum.

Diſcrete examinauit Daniel duos Dan. 13
ſenes, qui cōtra Suſannam iniquum
tulerunt teſtimonium.

Cum accuſaret Menelaus in iudi 2. Ma. 4
cio corā Anthioco ꝓ pecuniam, quā
ꝓmiſit, abſolutus eſt, & accuſatores
eius iniqua morte damnati.

Cōqueſti ſūt iudæi corā Anthioco 2. Ma. 4
rege de iniꝗ morte Oniæ. Cōtriſtatus
aūt Anthiocus, licet aľs eſſet malus,
Andronicū purpura exutū i eodē lo
co i quo ipſum Oniam occiderat, iuſ
ſit uita priuari.

Nimis iniquū ꝓtulit Herodes judi Mat. 2.
ciū, qñ mittens ſatellites, occidit oēs
pueros, qui erant in bethleem.

Ad petitionē unius ſaltatricis fecit Mar. 6.
Herodes tetrarcha Ioānē bapt. i carce
re đcollari, cū tñ ſciret eū iuſtū et ſcm̄
Dixit Nicodemus phariſeis. nūqd Ioā. 7

lex nr̄a iudicat hominē: niſi audierit ab ip̄o prius, & cognouerit q̄d faciat.

Mat. 27 Nequiſſimum fuit iudiciū, quando pilatus dimiſit Barrabā homicidā, latronem, ſeditioſum, & Dominū ieſum tradidit uoluntati eorum.

Act. 4 Sacerdotibus & magiſtratibus tē pli, denunciantibus petro & ioāni, ne docerent aliquid in nomine ieſu. Reſponderunt apoſtoli dicentes eis. Si iuſtū eſt in cōſpectu dei, uos potius audire q̄ deum iudicate.

Act. 16 Cum paulus eieciſſet dæmoniū a puella phitoniſſa, accuſatus fuit a dominis eius, q̄bus illa quæſtum diuinādo præſtabat. Magiſtratus autem fecerunt Paulum & Silam uirgis cædi, & in carcerem mitti.

Act. 18 Iudæis accuſātibus Paulū, Gallio proconſul dixit. Siquidē eſſet iniquū aliquid, aut facinus peſſimū o Iudæi, merito uos ſuſtinerem. Si uero quæſtio eſt de ſermone, & nominibus legis ueſtre, uoſipſi uideritis. Iudex. n. ego horum nolo eſſe.

Act. 23 Princeps ſacerdotum præcepit p̄

cutere os pauli, tunc Paulus ait Per-
cutiet te Dominus paries dealbate, &
tu ſedens iudicas me ſecundum legẽ
& contra legem iubes me percuti?

Licet paulus corã Felice pſide, ſe Act. 24
rationabiliter excuſasſet, uoluit tñ fe
lix gratiã præſtare iudæis. & paulum
uinctum ſucceſsori ſuo feſto reliqt.

Feſtus nolens acquieſcere iudæis, q Act. 25
petierant ut paulus Hieroſolimã du
ceretur, dixit paulo. Vis Hieroſoly-
mã aſcẽdere, & ibi iudicari ſup iſtis?
Reſpõdẽs dixit paulus. Ad tribunal
iudicis ſto. Cæſarẽ appello. Tunc Fe
ſtus cum cõſilio locutus, reſpondit.
Cæſarem appellaſti, ad Cæſarẽ ibis.

Dixit feſtus præſes. Non eſt cõſue Eode
tudo Romanis, dãnare aliquem ho
minem, priuſq̃ is, qui accuſatur præ-
ſentes habeat accuſatores, locũq; de
fendẽdi accipiat ad abluẽda crimina.

Auditis ratiõibus pauli, Agrippa Act. 26
rex, & præſes Feſtus loquebantur ad
inuicem dicentes. Quia nihil morte
dignũ fecit homo iſte. Agrippa autẽ
Feſto dixit. Dimitti poterat hic, niſi

appellaſſet Cæſarem.

De pœnitentia.

Nu. 12 QVádiu mãſit Maria extra caſtra nõ ꝓceſſerũt filij iſrl' Non eni eſt bonũ ire ꝑ deſertũ huius uitæ, ſine amaritudine pœnitentiæ.

Nu. 14 Audiẽs populus filiorũ iſrael dñm eẽ iratũ, ꝑꝑ murmurationes eorũ luxit nimis, & in mane plus uoluerũt facere q̃ dñs præciperet eis. Ad uocẽ ãge

Iudic. 2 li improperã tis ꝑp̃o peccãti bñficia dei eleuauerũt oẽs uocẽ ſuam, & fleuerũt. Dixerũt filij iſrl' ad dñm. Pec

Iudi. 10 cauimus, tu redd̃ nobis q̃cq̃d tibi placet. Et omnia idola proiecerunt. Sequitur: Qui doluit ſuper miſerijs eorũ.

2. Reg. Cito pœnituit Dauid, quando Na

12 thã ipſum de crimine reprehendit.

3. Reg. Achab rex iſrael ſceleratiſſimus, co

21 operuit carnẽ ſuã cilicio, ieiunauitq; & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite, & immorata eſt pœna digne illi, pro criminibus infligenda.

2. Pa. 33 Manaſſes rex iuda uinctus catenis & i Babylonẽ ductus, egit pœnitẽtiã ualde corã Domino. Et reduxit eum

dñs hieruſalem in regnum ſuum.

Lamẽtãte Eſdra pro pp̃li pc̃tis,di: 1.Eſ.10
ctũ eſt ei.Si eſt pnia in iſrael ſup hoc
pcutiam fœdus cũ dño deo noſtro.

Audita terribili pnia Holofærnis, Iudit.4.
ſacerdotes iduerũt ſe cilitijs,& ex to
to corde oẽs orabãt dñm,ut uiſitaret
pp̃lm ſuum,& dñs exaudiuit eos.

Et in laudẽ Iudith dr̃,q hñs ſup lũ Iudit.8.
bos ſuos cilitiũ, & ieiunabat oibus
diebus uitæ ſuæ,p̃ter ſabbata, & neo
menias,& feſta domus iſrael.

Quãuis iob eſſet uir ſimplex & re Iob.42
ctus,timẽs deum,& recedẽs a malo,
tñ dicebat,Ego ago pœnitentiam in
fauilla & cinere.

Inſtante captiuitate hieruſalem,di Eſa.22.
cebat Eſaias. Vocauit dñs in die illa
ad fletum & plãctum,& ad caluitiũ,
& ad cingulum ſacci.

Niniuitæ crediderũt dño ad prædi: Ionæ.9.
cationem ionæ, & prædicauerũt ieiu
nium,& ueſtiti ſunt ſacco, a minore
uſq; ad maiorem,& liberati ſunt.

Appropinqͣte exercitu Timothei, 2.Mac.
Machabæus, qui cum illo erant, de 10

p̄cabanſ Dñm caput terra aſpgentes lumboſq; cilicijs præcicti, ad altaris crepidinē ꝓuoluti, ut eis eēt propiti; us; & inimicis eoꝝ inimicus. Et uicto ria potiti ſūt ꝑ auxiliū cœlitus miſſū:

Mat. 3 & 11 Ioānes Baptiſta ſāctificatus, anteq̄ ex utero matris natus, a ſāctis paren tibus educatus, fugit in deſertum, ūb bo & exemplo pœnitentiā predicās. Vbi tam auſteram uitam duxit, qđ dicebatur. Nec comedens, nec bibens adde nec ueſtiens. Quia pili camelo rum non ſunt ueſtes humanæ.

Mat. 4 Quam libēter receperit Dominus peccatores ad pœnitētiam, ex his ap paret, quod prædicationem ſuam a pœnitentia legitur incepiſſe.

Luc. 5 Itē ad hoc afferit ſe ueniſſe, Lucæ. 5
& 7 Et hoc ipſum ꝑ opera demonſtrabat
Mat. 9 Exemplo Mariæ Lucæ. 7. Et Matthæi
Luc. 19 eiuſdē. Cap. 9. Et zachæi. Lucæ. 19.
Ma. 25 Et de petri. Matthei. 26
Luc. 15 Itē & per ſimilitudines, quas pone bat de oue quæ perijt in deſerto. De dragma quam mulier perdidit in do mo. De filio prodigo, quem pater re

putabat

putabat mortuũ,& poſtea ſuſcitatũ.

Maria Magdalena exemplar pœni tentiæ, non iuſſa ad dominum uenit, conuiuantes non erubuit, retro ſecus pedes Domini ſtetit, inter epulas lachrymas obtulit. Luc. 7

Vt induceret homines ad faciẽdũ pœnitentiam, poſuit exemplũ de quibuſdam ſuper quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos. Et ſubdit. Si nõ pœnitẽtiã egeritis, omnes peribitis. Luc. 13

Ad exẽplum ouis quæ perijt, uel dragmæ, quã mulier perdidit, ſed poſtea inuenta fuerunt: dicit Dominus. Gaudium magnum eſſe in cœlo ſup uno peccatore pœnitentiam agente. Luc. 15

Leuem & breuem pœnitẽtiam iniũxit Dñs mulieri iadulterio depræhẽſæ, dicẽs. Vade, & ãplius noli peccare. ¶ Vidẽs iudas quod dãnatus eſſet, pœnitẽtia ductus, retulit triginta argẽteos, dicẽs. Peccaui, tradẽs ſãguinem iuſtum. Verũ quidem dixit, ſed qa deſperabat, ueniam nõ meruit. Ioan. 8 Mat. 27

Petrus peccauit negando dominũ in atrio principis ſacerdotũ, ſed quã Mat. 26 Mar. 14

Luc. 22 do flere & pœnitere uoluit, foras exi-
Ioã. 18 uit. Et nota, quod Lucæ. 22. additũ ē.
Cõuerſus Dominus reſpexit petrũ.
Act. 2 Quærẽtibus quibuſdã iudæis cor-
dē cõpunctis. Quid faciemus uiri fra-
tres? ait illi petrus. Pœnitẽtiã agite,
& unuſquiſq; ueſtrum baptizetur.
Act. 11 Auditis rationibus petri, Quare ue-
nerat ad Cornelium, & eum baptiza-
uerat, tacuerũt fratres, & glorificaue-
runt Dominum dicentes. Ergo & gẽ-
tibus Deus pœnitentiã ad uitã dedit.
Tota uita Chriſti pœnitentia fuit.

De honore parentum.

Gen. 9 SEm & iaphet bñdictionẽ p̃ris me-
ruerũt, qa nudato obſequm p̃bue-
rũt Chã uero filius ſuus maledictus
fuit, qa p̃ris nuditatẽ derifit. Magnæ
Gen. 27 exiſtimatiõis erat apud antiquos bñ-
dictio p̃ris, ut patet in iacob & Eſau,
qa ipſã ſolicite q̃ſierũt. Licet Eſau eẽt
Eodẽ hõ malus, reprobat' a dõ, & odio hřet
frẽm ſuũ iacob nolebat tñ ipſum oc-
cidere uiuente patre ſuo iſaac. Vnde
dicebat: Veniẽt dies luctus p̃ris mei.
In hoc deferens patri honorem, & tñ

mens offeſam eius.

Ad magnā pœnā obligabat ſe iu- das,cū dixit pri.Niſi Beniamin redu- xero,& tradidero eū tibi, ero peccati reus in te oi tpe. Et notandum. Q đ priuſq̄ dixerat Rubē duos filios me- os interfice,ſi non reduxero illum ti bi,tamē pater nō acqeuit illi,acquie uit autē iudæ dicenti prædicta uerba. Gen.42 &.43

Idē iudas poſtea ſupplicās ioſeph ut Beniamin ad patrē remitteret: In- ter cætera repetijt prædicta uerba, q̄ bus ſe obligauerat patri,& ſubiūxit. Nō poſſum redire ad patrem abſente puero,ne calamitatis,que oppreſſura eſt patrem meum,teſtis aſſiſtam. Ge.44

Iacob benedicens filios,dixit cōtra Ruben. Effuſus es ſicut aqua,nō cre- ſcas.Quia aſcēdiſti cubile patris tui & maculaſti ſtratum eius. Ge.49

Nō tantū lege Naturali uerūetiā di uina tenentur filij ſuos uenerari parē tes, quū Deus præceperit eis dicens Honora patrem tuum, & matrem tuam.Cui præcepto premium addi- dit. Vt ſis longeuus ſuper terram, E o.20 Deu.15 Mat.5 Mar.7

quam Dñs Deus tuus Dabit tibi.

Leu. 20 Contra uero faciētibus punitionē indixit inquiēs, Qui maledixerit patri ſuo aut Matri, morte moriatur,

Mat. 15 Item. Patri matriq; q maledixerit ſan

Mar. 7 guis eius ſit ſuper eum. Hoc nempe in lege quoq; noua ſeruādum eſſe ꝓhibuit Chriſtus.

Deu. 21 Præcepit Dominus ꝑ Moyſen. Si genuerit homo filium contumacem & proteruum. Sequitur: Lapidibus eum obruet populus ciuitatis.

Iudi. 9 Reddidit deus malū, quod fecerat Abimelech contra patrē ſuum, interfectis ſeptuaginta fratribus ſuis.

1. Reg. Nō audierūt filij Heli patrē, ipſos

2. 4 corripientem. Et ideo, diuinam ultionem experti ſunt.

1. Reg. Quia ionathas guſtauerat paululū

14 mellis cōtra inhibitionē patris, morti adiudicatus eſt a patre: tamen a populo liberatus eſt.

1. Reg. Dauid a facie Saul fugiēs, & in ma

22 gna neceſſitate exiſtens, habuit curā parētum ſuorum, & recommēdauit eos diligenter apud Moab regem.

Abſalon Dauid patrem ſuum ď re 2. Reg.
gno expellere laborabat, ſed peſſime 15. 18
ei ſucceſſit.

Venienti Berſabeæ matri Salomo 3. Re. 2
nis, aſſurrexit rex, adorauitq́ eã, & po
ſitus eſt thronus matri reigis.

Filij duo Senacherib occiderũt eũ, 4. Reg.
ſed tñ neuter eorũ regnauit poſteũ. 19

Tobias ſenior inſtruens filiũ ſuũ, Tob. 4
inter cætera dixit. Cũ acceperit Deus
animã meam, corpus meum ſepelie
tur, & honorẽ habebis matri tuæ, oĩ
bus diebus uitæ tuæ.

Eijciẽs Dñs ď tẽplo cũ flagello, uẽ Mat. 2
dẽtes & emẽtes boues, & numulari; Luc. 19
rios, dixit. Nolite facerẽ domũ patris Ioan. 2
mei domũ negociatiõis. In hoc & ali
js multoties honorẽ patris querens.

De puero ieſu dicitur Deſcẽdit cũ Luc. 2
illis (ſcilicet) Maria & ioſeph, & uẽit
in Nazareth: & erat ſubditus illis.

Ipſe etiam dicit alibi. Honorifico Ioan. 8
patrem meum.

Et pẽdens in cruce, matrem ſuam Ioã. 19
dilecto diſcipulo cõmẽdauit. In quo
apparet, quã ſolicitudinem geſſerit

de ipſa, qui nec in mortis articulo hu ius oblitus fuerit.

De gratijs agẽdis ꝑ bñficijs dei.

Gen. 23 SOllicite grãs agebat deo Iacob dicẽs. Dñe minor ſum cunctis miſerationibus tuis.

Exo. 13 Voluit dñs ut liberatio filiorum iſrael de ægypto nunq̃ excideret ab eorũ memoria. Erit quaſi ſignũ, ait, in manu tua, & q̃ſi monumẽtũ añ oculos tuos, ut lex dñi ſemꝑ ſit in ore tuo.

Exo. 20 Cecinit moyſes & filij iſrl' carmen deo, & dixerũt. Cãtemus dño. Poſtq̃ſ. tã mirabil'r trãſierant mare rubrum.

Nu. 31. Obtẽta de inimicis mirabili uictoría, uenerũt ad moyſen pricipes exercitus iſrael, dicẽtes, ꝙ nullus fuerat de filijs iſrael in bello occiſus. & tñ hoium & aĩalium rapuerũt magnam prædam: & ob hãc cauſam dona magna obtulerunt.

Ioſue, 4 Præcepit dñs, ut poſt trãſitũ iordanis miraculoſum, ponerent duodecĩ lapides in ꝑpetuum monumẽtum.

Iudic. 5. Poſt uictoriã d̃ Siſara habita ꝑ Barath & Debora, domino cecinerunt,

Quáuis filij iſrael in prælijs, ubi uincebāt, fortiter dimicarent, tamē dicebatur Dominus ꝑcutere inimicos ut laus deo attribueretur. Iudi. 20

Orauit dominū & laudauit Hāna, pro filio ſibi dato. 1. Re. 2

Audiēs Dauid reuelationē, q̄ Deus fecerat Nathā prophetæ, de regni ſui duratiōe: Gratias egit ualdē humiliter & deuote. ¶ Multū laudādus eſt Deus, q dat populo bonū principē & ꝑ latū iuxta illud. Benedictus Deus, q dedit Dauid filium ſapientiſſimū, ꝑp populum hunc plurimum. 2. Re. 7 3. Re. 1 & 15

Cyrus rex Perſarū fecit clamari p omnia regna terræ. Dedit mihi Deus cœli omnia regna terræ, & præcepit mihi ut ædificarem ei domum in Hierusalem. Quis eſt i uobis de uniuerſo populo eius? Si Deus cum ipſo, & aſcendat in Hieruſalem. 1. Eſd. 1

Cū Tobias recuperaſſet uiſum, & uxor eius, & omnes qui ſciebant eū prius cæcum, glorificabant deum. Tob. 11

Omnis populus, poſt uictoriā de exercitu Holofernis habitā, uenit in Iudith. 16

Hieruſalem adorare dominum.

Dan. 2 Reuelata Danieli uiſiõe Nabucho donoſor regis Babylonis. Benedixit Deo cœli & ait: Sit nomen Dñi bñdi ctũ q̃a ſapiẽtia & fortitudo eius ſũt.

Dan. 3 Deuote & pulchre, exoluerũt laudes Deo Illi tres pueri, de fornacis incen dio liberati. Et non ſolum illi hac de cauſa gratias egerũt d̃o, ſed & Nabu chodonoſor fecit p̃dicari mirabilia Dei in toto regno:

1. Ma. 4 Mundato tẽplo & erecto ſub iuda Machabæo, adorauerunt & benedixe rũt in cœlo eum qui proſperauit eis.

2. Ma. 1 Iudas Machabæus & populus Hie roſolymorũ ſcripſerunt Ariſtobolo dicentes: De magnis periculis a Deo lib̃ati, gratias magnifice ei agimus.

2. Mac. 10 Deuicto Timotheo per iudam Ma chabæũ, & capto quodã forti p̃ſidio in hymnis & ↄfeſſionibus benedice bant Dominũ q̃ magna facit in iſr̃l.

Luc. 1 Beata uirgo, audita laude ſua, quã dixit Heliſabeth. Benedicta tu &c. In uocẽ laudis prorupit, pro beneficijs ſibi, & toto mundo collatis.

Nato Ioāne Baptiſta, Zacharias re Luc. 1
cupato loquendi officio, dominū pro
phetādo laudauit, dicēs: Benedictus
Dominus Deus iſrael.

Accepit pue℞ ieſū Simeō in ulnas Luc. 2
ſuas & benedixit Dñm. ℂ Q ñ uole-
bat Dñs in euāgelio aliquod grande Mat. 14
opus facere, frequenter legit in cœlū Mar. 6
ſuſpexiſſe, & gratias egiſſe. Sicut pa- Luc. 9
tet in panū multiplicatione. In Laza Ioā. 6
ri ſuſcitatione, in Euchariſtiæ inſtitu &. 11
tiōe. Mat. 26. ℂ Vidētes turbæ para-
liticū a dño curatum, glorificauerūt Mat. 9
deū, q dedit ptātem talē hominibus.

Item, uiduæ filio ſuſcitato, accepit
oēs timor, & magnificabāt deū dicē- Luc. 7
tes: Quia ꝓpheta magnus ſurrexit.

Vnus illorum decem leproſorum
ad mādatum Domini mandatorum, Luc. 17
regreſſus eſt unus & cecidit in faciē
ante pedes eius, gratias agens.

Poſtquā cœnauit Dominus cū di Mat. 26
ſcipulis ſuis, ſubditur. Et hymno di Mar. 14
cto, exierunt in montem oliuarum.

Claudus a petro ſanatus, itrauit cū Act. 3
Apoſtolis in templum, ambulans & &. 4

exiliens & laudans deum. Sequitur. Omnes glorificabant deũ, per id quod factum fuit. Erat enim homo ille annorum pluſquam quadraginta.
1. Ti. 1 Gratias agebat paulus pro beneficijs ſibi & alijs a deo collatis. Sibi quidẽ in ſua conuerſione. Gratias ago deo meo, qui me confortauit in Chriſto. Qui prius fui blaſphemus, & perſecutor, & contumelioſus. Sed miſericordiam dei conſecutus ſum.
2. Co. 2 Itẽ ĩ ſua cõuerſatione. Deo gratias, qui ſemper triũphat per nos in Chriſto ieſu.
Ro. 1 Et pro beneficijs fratribus collatis, gratias deuote agebat. Primum quidẽ gratias ago pro omnibus. Quia fides ueſtra annunciatur uniuerſo mũdo.
1. Th. 3 Ad Theſſal. Gratiarum actionẽ poſſumus deo tribuerẽ, pro uobis ĩ oĩ gaudio, quo gaudemus. ¶ Itẽ gratias agere
Ephe. 5 in oĩbus admonebat. Epheſ. 5. Et ſẽ-
1. Th. 5 per gaudete, ſine itermiſſiõe orate &c.

De gratitudine & beneficijs ab homine acceptis.

Gen. 14 CVm percuſſiſſet Abraham quatuor Reges, & omnem ſubſtã-

tiam, quã illi rapuerũt, reduxiſſet, rex ſodomoꝝ egreſſus eſt ĩ occurſũ eius, & oĩa obtulit ei, ſolis aĩalibus exceptis. Vbi notãdũ, ꝙ licet Abrahã oblata reſpueret, tñ bene uoluit ut ſocij ſui partẽ haberẽt de præda, tanq̃ eoꝝ ſuffragio non ingratus.

Vidẽs Labã iocalia, inaures. ſ. & armillas, quæ ſeruus Abrahã dederat Rebeccæ ſorori ſuæ, uenit ad illũ, & dixit ei. Ingredere bñdicte dñi: & eũ ĩ hoſpitijs cũ multa hũanitate recepit. Ge. 24.

Poſtq̃ ĩpleti ſunt dies mẽſis unius quibus Iacob fuit cũ Labã auũculo ſuo dixit ei Laban. Nunqd quia frater meus es, gratis ſeruies mihi? Dic quid mercedis accipias. Gen. 29.

Pharao rex ægypti multũ fuit gratus Ioſeph ꝓ expoſitione ſomnij ſui, & eũ magnifice ſublimauit. Gen. 41

Iethro ſacerdos madiã gratus fuit ꝓ eo, ꝙ moyſes filias eius defẽderat, quãdo ad gregem adaquãdã iuerãt, unde fecit eũ uocari ut comœderet: & dedit ei filiam ſuã in uxorem. Exo. 2

Valde ſollicitus fuit Ioſue ne Raab Ioſue. 6

meretrix, quæ nuncios ab eo miſſos abſconderat, ciuitate Hiericho ruente, periret.

Iudic. 8 Cum liberaſſet Gedeō ab inimicis iſrael, dixerūt omnes ad eum: Dominare noſtri tu & filius tuus, quia liberaſti nos de manibus Madian.

Ruth. 2 Dixit Noemi cōmēdando booz, q Ruth benigne uiderat. benedictus ſit a Domino quoniā eandē gratiā, quā ꝑbuerat uiuis, ſeruauit & mortuis.

1. Reg. 15 Quia Cinæus bene ſe habuerat ad filios iſrael, pepercit ei Saul, quando deſtruxit Amalech.

1. Reg. 22 Dixit Dauid ad Abiathar, cuius pater dilexerat ipſum Dauid. Mane mecum, ne timeas. Si quis quæſierit animam tuam, quæret & meam.

2. Re. 2 Miſit Dauid ad uiros iabes Galaad, qui ſepelierunt corpora Saul, & filiorum eius. Et gratias egit eis.

2. Re. 9 Propter amorē ionathæ filij Saul inquiſiuit Dāuid, ſi eēt aliqs ſupſtes d' gñre eius, & ꝯſtituit Mephiboſeth, filiū ionathæ, ꝯuiuā menſæ ſuæ.

1. Reg. 10 Regina Saba, multa munera attulit

Salamoni, ille uero dedit ei omnia, quæ expetiuit, exceptis his, q̄ ultro obtulit ei munere regio.

Helias pie cópaſſus eſt uiduæ, apud quam ſuſtētabatur; & efficaciter ora uit pro filio illius defuncto, ita φ ipſum a mortuis ſuſcitauit. 3. Re. 17

Allegauit Abdias bñficiū, quod cō tulerat ꝓphetis Domini, quos abſcō derat, quādo quærebātur ad mortē, ad hoc uidelicet, quod Helias nunciū ꝑiculoſum ei imungere nō deberet. 3. Reg. 18

Aſcēſurus i cælū, bñ remunerauit diſcipulū ſuū Helias (ſcilicet) Eliſeū. 4. Re. 2

Mulieri Sunamitæ hoſpitæ Eliſæi. ipſe eliſeus benigne obtulit, ut loq̄ retur ꝓ ea regi, ſi apud ipſum haberet negotium. Item filium eidem impetrauit, & poſtea mortuū ſuſcitauit. 4. Re. 4

Naamā Syrus mūdatus a lepra, ad ꝟbū Eliſei obtulit ei munera, d cēs: Obſecro ut accipias bñdictionē a ſer uo tuo. ¶ Accuſatores iudæorum miſe rūt epiſtolā Artaxerxi regi, iter cæte ra ꝯtinētē: Nos autē memores ſalis, quod in palatio comedimus, & quia 4. Re. 5 1. Eſd. 4

læſiones regis uideř nephas ducim⁹
iccirco miſimus &c.
Tob.12 Tobias iunior cũ multa gratitudi
ne, retulit pr̃i ſuo bñficia a Raphaele
ꝑcepta. ℂ Eſther regina, non fuit in-
Eſth.4 grata Mardochæo nutritori ſuo.
&.7 Nabuchodonoſor rex Babylõis au
Da. 2.4 dita expoſitiõe ſomnij ſui ꝑ Danielẽ,
&.5 i ſublime eũ extulit, & magna mune-
ra illi dedit. Similiter & Balthaſar ho
norauit eũ pro eo, q̃d expoſuerat ei
ſcripturam, quam in pariete uiderat.
2. Mac. Audiẽs iudas Machabæ⁹, q̃d Scyto
12 polite bñ ſe habuerãt ad iudæos i tp̃e
tribulationis eorũ, Gratias egit illis.
Mar.8 Seniores iudeorũ dixerunt Domi-
Luc.7 no ieſu de Centurione, pro ſeruo in-
firmo rogante. Dignus eſt ut hoc illi
præſtes. Diligit enim gentem noſtrã
& ſynagogam ædificauit nobis.
Gala.4 Pie & plene recognoſcebat paulus
bñficia ſibi collata. V ñ Galat. ait. Si-
cut ãgelũ dei recepiſtis me, & ſi fieri
potuiſſet occulos ueſtros eruiſſetis, &
dediſſetis mihi.
Phili. 4 Repletus ſum acceptis ab Epaphro

dito quæ miſiſtis in odorē ſuaultatis
Et alio loco: Det Dñs miſericordiā 2. Ti. 1
Oneſiphori familiæ, q̄ ſæpe me refri
gerauit & catenā meam nō erubuit.
Itē ꝓ Oneſimo ſeruo philemonis,
q miniſtrauerat i carcere, ſcribit eidē
philemōi affectuoſas & efficaces lr̄as

De ingratitudine. Gen. 29

VTiliter & fidlıter ſeruiuit iacob 30. 31.
anunculo ſuo Laban, & ille mul
toties uoluit cū faller̄. ¶ Præpoſitus Ge. 40
pincernaꝝ ſuccedētib' ꝓſpis oblitus
ē ioſeph iterp̄tis ſui. ¶ De ioſeph q Gen. 41
pp prudētiā ſuā & cautelā ꝯſeruauit Exo. 1
Egyptios a peſte famis; q tā cito tra: &. 2
diderūt obliuioni opprimētes filios
ioſeph & cognationē ſuā & puulos
occidētes & qd eis accidit pp ingrati
tudinē ſuā. Vıdēs populus, qd morā Exo. 32
faceret dſcēdēdi de mōte Moyſes, di:
xit ad Aarō. Fac nobis deos. q nos p̄:
cedāt. Ecce q̄ cito uidebat̄ oblıtus bn̄
ficiorū, quæ acceperant a uero deo.
Filijs iſrael in deſerto uertebatur in Nu. 11
tædiū cibus optimus, ſine labore de
cœlo datus, & flebant dicentes Quis

dabit nobis ad ueſcendum carnes?

Iudic. 2 Angelus Domini īproperauit filijs Iſrł' beneficia, populo a deo collata. Et quomodo illi abutentes, ruperant fœdus, & trãſgreſſi erãt dei mãdata.

1. Reg. 17.18 Multa beneficia recepit Saul a Dauid, Et tamen ad occidendum eũ modis, quibus potuit laborauit.

1. Reg. 23 Saluauit Dauid habitatores terræ, & tamẽ uoluerunt eum traderẽ in manus Saul, ipſum perſequentis.

2. Reg. 10 Reddiderũt filij Amon, ꝓ bñficio & honore, ꝯtumeliã, qñ uitupauerũt nũcios Dauid, quos miſerat ad ꝯſolãdũ regem eoꝝ, ſuper patris interitu.

2. Reg. 11 Ingrati fuerunt dauid & ioab fidelitati Vriæ quorũ primus literas dedit, & alter crudeliter executus eſt.

2. Reg. 12.15 Poſtq̃ dauid reuocauit Abſalon filium ſuum, & pepercit ei ſup homicidio, quod cõmiſerat ī fratrem ſuũ. Surrexit Abſalon cõtra patrẽ ſuum.

2. Reg. 16 Nõ fuit Dauid bene memor amicitiæ, quã contraxerat cũ Ionatha, quãdo nimis cito filiũ eius exheredauit.

3. Reg. 12 Sublimauit Dominus hieroboam

ſuper

ſuper decem tribus. Et ſtatim ille libi
dine dominandi eleatus, populum per
uertit a cultu dei.
Eliſeus multa bona fecerat regi Iſra 4.Re.6.
el, & toto populo, & tamen propter ca
riſtiā, q̄ in terra, p̄cepit caput eius am-
putari, ſed Deus aliter ordinauit.
¶Nō eſt recordatus Ioas rex Iuda mi
ſericordiæ, quam fecerat Ioiadra ponti 4. Reg.
fex ſecum. Sed iterfecit Zachariam fi 11
lium eius arguentem illum, eo quod 2.Pa.23
Dominum reliquiſſet. &.24
¶Amaſias, diuino fretus auxilio, uice
rat Idumæos, & filios Seir. Et tamen 2.Pa.25
auferens deos eorum, adorauit illos.
Miſſus autē ad eum propheta, dixit,
Cur adoraſti deos, q nō liberauerunt?
¶Ezechias iuxta beneficia, quæ acce-
perat non retribuit domino, quia ele- 2.Pa.32
uatum eſt cor eius.
¶Multi bonitate principum & hono
re, qui in eos collatus eſt, abuſi ſunt in Eſth.16
ſuperbiam. Nec contenti ſunt gratias
non agere beneficis, & humanitatis
in ſe iura uiolare, ſed dei quoque, cun
ćta cernētis, arbitrantur ſe fugere poſ

ſe ſententiã.

Eſai. 1. Cóquerendo dicit Dominus de populo Iudæorum: Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Et cõuicit eos eſſe beſtijs minus gratos: Subditur. Cognouit bos poſſeſſorem ſuũ, & aſinus preſepe domini, Iſrael autem me non cognouit.

Eſai. 7 Multa & magna bñficia uolebat dñs facere Achaz regi iuda, prout mandauit ei per Eſaiam, quæ tamen ille accep tare contempſit.

1. Mac. 11 Miſit ionathas fortes armatos, qui liberauerunt regem Demetrium de manibus Antiochenorum. Et poſtea alienauit ſe Demetrius a Ionatha, & nõ retribuit ei ſcd'm beneficia, quæ ſibi tribuerat, & uexabat eũ ualde.

De decem uiris leproſis a Saluatore mundatis, tantũ regreſſus eſt unus magnificans deum & gratias agens.

Luc. 17. Ingrati fuerũt Paulo, Domini uel patentes puellæ phytoniſſe, a qua ſpiritum malũ Paulus eiecit. Magis enim doluerunt de quæſtu amiſſo quam gauiſi ſunt de dæmone expulſo. Act. 16

Quod ueritas odium parit.

BAlaac rex Moab multũ dolebat, quando Balaam bona dicebat de filijs iſrael, licet eſſent uera. Nec eum honorauit, ſicut honoraſſet, ſi ei placẽtia uerba dixiſſet Decreueram quidem honorare te &c. Nu. 24.

Ionathã filius Hieroabal fugit a facie Abimelech, cum dixiſſet uerũ de eo, & de illis, qui male eum elegerunt. Iudic. 9.

Iratus eſt Saul contra Ionathã filiũ ſuum, quia ille excuſabat Dauid, qui uere innocens erat erga ipſum Saul. 1. Reg. 20.

Iehu filius Hanani, quia ꝓphetauit malũ aduerſum Baaſa regẽ, & domũ eius, & ꝯtra oẽ malũ ꝙ fecit, occiſus ẽ ab eo. ℭ Achab oderat Michæã ꝓphetã, qa ille dicebat ueritatem ſibi. Ego odi eum (inquit) quia nunquam prophetat mihi bonum, ſed malum. R. 3 16. 3. R. 22.

Cum increpaſset Hanani propheta Aſa regem iuda, quia confiſus erat in Benadab rege Syriæ. Iratus ẽ Aſa, miſitq; ꝗ ui dentem in neruum. 2. Pa. 16

Ad imperium regis Ioas, lapidatus eſt Zacharias filius Ioiadæ, qui regẽ & 2. Pa. 24

principipes arguebat, pro eo, quod do
Iudic. 5. minum reliquiſſent.
&.6. ¶ Cum dixiſſet Achior magnalia, quę fecerat deus pro filijs Iſrael, & magnā eſſe eius poteſtatem: irati ſunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum. Holofernes etiam in-
Hie. 32. dignatus eſt uehementer.
¶ Clauſit Hieremiā ꝓphetā in domū carceris Sedechias rex Iuda dicēs. quare uaticinaris, dicens. Hæc dicit dñs?
Hie. 30. ¶ Cū legiſſet Baruch uerba, quæ ſcripſerat ex ore Hieremiæ corā Ioachim rege Iuda: fecit rex eum in ignē proijci uolumen. Quia dicebatur ibi ueritas, de ciuitate Hieruſalem capienda. Et præcepit rex Baruch & Hieremiam comprehendi, ſed deo nolente, tūc nō fuerunt inuenti.
Hie. 38. ¶ Poſtmodum uero cum iterum prophetaret captionem ciuitatis, miſſus fuit in lacum, ubi non erat aqua, ſed
Dan. 14 lutū. Et deſcēdit Hieremias in cenū.
¶ Pro eo, qđ Daniel probauit Bel, & draconē non eſſe deos, Babylonij conuenerut aduerſus regem & procura

uerunt Danielē mitti in lacū Leonum.
Ex bonis & ueris ſermonibus Eleaza 2. Ma. 6.
ri, hi qui eum trahebant ad ſuppliciū,
& pauloante fuerant mitiores, conuer
ſi ſunt in iram.
Quia Ioannes Baptiſta dicebat Hero- Mat. 14.
di. Non licet tibi habere uxorē fratris Mar. 6.
tui fecit eum Herodes incarcerrai, &
poſtea decollari.
¶ Cū Dominus increparet, de multis Luc. 11.
hypocrytas & Phariſeos, cœperunt il
li grauiter inſiſtere, & os eius oppri-
mere, de multis inſidiantes ei, & quæ
rentes capere aliquid ex ore eius.
¶ Phariſæi cæco nato, a Domino illu-
minato maledixerūnt, & extra ſynago Ioan. 9.
gam eiecerunt. Pro eo, quod ueritatē
conſtantiſſime fatebatur.
¶ Principes ſacerdotū, audientes uer Act. 5.
ba Apoſtolorum, de doctrina Chriſti
diſſecabantur, & cogitabant interfice-
re illos, & cæſis denūciauerūt, ne am-
plius loquerent, in noīe Dñi Ieſu. Et il
li ibant gaudentes, a ↄſpectu ↄcilij.
Audiētes Iudæi beati Stephani uer Act. 7.
ba diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtri

debant dentibus in eum. Et eiicientes eum extra ciuitatem lapidabant.

Act. 9. Multos & magnos habuit aduerſarios beatus Paulus, pro uerbis ueritatis & ſobrietatis quæ ipſæ hominibus loquebatur.

Gala. 4. Item ad Galatas. Ergo inimicus factus ſum uobis uerum dicens?

De Mendacio.

Gen. 3. PRimum mendacium fuit a ſerpente prolatum, quando dixit mulieri: Nequaquam moriemini. Vnde dicitur mendax & pater eius. Ioan. 8.

Geñ. 18 Sara timore perterrita, a riſu ſe mẽdaciter excuſauit. ℭ Etiã fornicatores

Geñ. 38. mẽdaciũ dicere dedignaẽ. Sicut Iudas, q dixit. Mẽdacij nos arguere nõ ꝑoterit, Thamar (ſcilicet) cui hœdũ ꝓmiſerat. Mendacium obſtetricum, quod di-

Exo. 1. xerunt Pharaoni, filios Hebæorum iugulare nolentes. Habuit remunerationem temporalem, & non æternam. Licet fuerit illud mendacium ualde cõpaſſiuum, nec pro mendacio remunerate ſunt, ſed pro compaſſione.

Ex. 9. 10 Multoties Pharao uoluit decipere

Moyſen per mendacia. Sed tamen ni-
hil ei profuit.

Callidæ cogitantes Gabaonitæ uo- Ioſue. 9.
luerũt Ioſue mendaciter decipere. Sed
ille bono uſus ẽ cõſilio, eos in ſeruitu
tem redigit nec initum fœdus rupit.
Nũq̃ licet mẽdaciũ dicere, ſed ueritatẽ 1. Reg.
licet, & expedit qñq; tacere, ſicut fecit 16
Abraã, q tacẽs Sarã eſſe uxorẽ, dixit.
Soror mea eſt, Gẽn. 20. Et Samuel di-
cẽs. Ad imolandũ Dño ueni. Ad aliud
enim facere principaliter uenerat, &
nihilominus hoc facere proponebat.

Dixit Saul, ſeruos ſuos coniuraſſe 1. Reg.
Mirā fortitudinē habuerūt Mathati 1. Ma. 2. as & filij eius, qa ita reſtiterunt Antio cho regi, & ꝑualuerūt toties cōtra eū.

Cōfidēter & ſternuiſſime Iudas Ma chabæus flumē trāſit ad caſtra hoſtiū, 1. Ma. 5 qui erant ultra ipſum flumen.

1.Ma.6 ¶ Eleazar filius Saura, cucurrit auda
ẽter ad elephãtem, & ſuppoſuit ſe ei,
& occidit eum, & cecidit in terram ſu
per ipſum, & mortuus eſt illic.

2.Ma.6 ¶ Eleazarus dixit tortorib⁹ ſuis. For
titer uitam excedendo, dignus appa-
rebo: Adoleſcentibus autem exem-
plar forte relinq̃, ſi prõpto animo ac
fortiter, p grauiſſimis ac ſanctiſſimis
legibus, honeſta morte perfungar.

2.Ma.7 ¶ Supermodum mater mirabilis, &
bonum memoria digna, quæ pereũ-
tes ſeptẽ fortiſſimos filios ſub unius
diei tempore cõſpiciens bono animo
ferebat propter ſpẽ, quam in deo ha
bebatur, ſingulos eorum hortabatur
uoce patria fortiter, repleta ſapientia,
& feminee cogitationi maſculinum
animum inſerens.

2.Mac. 11. ¶ Machabæus, & q cũ eo erant, ibant
prompti ad bellum cõtra Lyſiam, de
cœlo habentes adiutorem. Leonum
autem in more, impetu iruẽtes in ho-
ſtes, proſtrauerũt ex eis undecim mil
lia peditum, & equitum mille ſexcen-
tos. Vniuerſos autẽ infugã uerterũt,

¶ Virtute magna, reddebāt apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu chriſti, & gratia magna erat ī oībus illis. Act. 4.

¶ Stephāus planus gratia & fortittudine, faciebat ꝓdigia & ſigna magna ī ꝑplo. Eius aūt fortitudo ꝑcipue apparuit i eo, Q đ Iudæis ꝯſtātiſſime reſtitit, & diram mortem patientiſſime tolerauit. Act. 6.

Fortitudo, eſt ꝯſiderata periculoꝝ ſuſceptio, & laborū ꝑpeſſio. Sed in hoc ꝯſtat Paulū apoſtolū fortiſſimū militē Chriſti fuiſſe, q tot, & tāta pericula, pro Chriſto ſuſtinuit, & tot, & tales labores ſuſcepit. Sicut patet ab undecimo Actorum, uſq; ad finem, Ipſe ēt hos enumerat ad. 2. Cor. 11. Cicer. 2 Rheto. A ct. 11

¶ De confidentia & magnanimitate.

MOyſes ſtetit; corā Phraonē multoties & ꝯfidēter arguebat cū. Exo. 5.

¶ Cōfidenter, licet reuerēter, arguit Nathan propheta Dauid, poſt adulterium & homicidiū ab illo cōmiſſum. 2 Reg. 12

Dixit Helias ad Achab Nō ego turbaui domum Iſrael, ſed tu & domus patris tui, qui dereliquiſti mandata 3. Reg. 18.

Domini. Et poſt hoc fecit prophetas
quadringētos quinquaginta occidi.
3. Reg. ¶ Idē quoq; Achab regi Iſrael, dicē
21. ti ſibi. Nū iueniſti me inimicū tibi reſ
pondit. Inueni, eo quod uenundatus
ſis, ut faceres malū in cōſpectu Dñi.
4. Re. 1 ¶ Itē poſtea dixit Ochoziæ regi Iſra-
el. De lectulo, ſuper quem aſcendiſti,
non deſcendes.
4. Re. 3 ¶ Eliſeus mira libertate dixit ad Iorā
regem Iſrael, exercitu circunſtante:
Quid mihi & tibi eſt? Vade ad pphe
tas patris tui.
2. Pa. 17 ¶ Fuit Dominus cum Ioſaphat, quia
ambulauit i uijs Dauid patris ſui. Se
quitur: Cumq; aſſumpſiſſet cor eius
audaciam, per uias Domini &c.
2. Pa. 24 ¶ Spiritus Domini induit Zachariā,
filium Iuiadæ, & ſtetit in cōſpectu po
puli dicens. Quare tranſgredimini
præceptum Domini? Qđ uobis non
proderit.
2. Pa. 32 ¶ Ezechias ꝯfortauit bellatores ſuos
dicēs. Nolite timere regē Aſſyriorū,
& uniuerſam multitudinē q̄ cū eo ē.
Plures enim nobiſcū ſunt, q̄ cū illo.

Sanaballat & cæteri inimici dolen- Ne.4.6.
tes de ædificatione muri Hieruſalem
niſi ſunt ut poſsent reſiſtere & terreř
Neemiam uarijs modis ſed non pote
rāt pp eius magnanimitatē. ¶ Miræ Iudi. 10
magnanimitatis fuit Iudith quæ iei- &.13.
mis iuit ad tentorium Holofernis &
eū ibi occidit. Eſth. 3.
Mardochæus magnanimiter renuit a 4.&.5.
dorař Amā ſupbiſſimū. licet ſciret re
gē hoc præcepiſſe. Idē ēt cū magna
ſæueritate & libertate loquebať regi
ne dicēs. Ne putes ꝙ aiam tuā liberes
qa in domo regis es ſi eni nūc ſilueris
ꝑ aliā occaſſionē liberabuntur Iudæi
& tu & domus patris tui peribitis. Dan. 3.
Ananias & ſocij eius ꝯfidenter Na
buchodonoſor regi dixerunt. Deus
nř quē colimus poteſt nos eripeř &c. Dan. 6.
Similiter Daniel qui de edicto re-
gis Darij non curauit ſed dominum
ſuum more conſueto orauit. 1. Ma. 2
Matathias & filij eius magnanimiter
rebellarūt & reſtitueřt regi antiocho. 1. Ma.
Vidētes ſocij iude Machabæi exer
citum uenientē dixerūt. Quomodo

poterimus pauci pugnare ad multitudinem tãtam, & tam fortem? & ait Iudas. Facile eſt concludi in manus paucorum. Et non eſt differentia in conſpectu dei, liberare in multis, aut ĩ paucis, qa nõ eſt in multitudine exercitus
1. Ma. 3 uictoria belli, ſed d̃ cœlo fortitudo ẽ.
¶ Signum magnanimitatis dedit Timotheus exercitui ſuo de Iuda Machabeo, ſi tranſirẽt fluuium ad hoſtes audacter, & ſic fecit iudas, & magnam
1. Ma. 9 habuit uictoriam.
¶ Elezar filius Saura cucurrit audacter ad elephantem, ubi credebat eſſe
1. Ma. 9 regem & ſuppoſuit ſe ei &c.
¶ Cum dicerent ſocij iudæ ad eum, ut liberarent animas ſuas qa hoſtes erãt multi, & ipſi pauci: Reſpondit iudas: Abſit rem iſtam facere, & ſi appropiauit tempus noſtrũ, moriamur in uirtute, & non inferamus crimen gloriæ
Eodem noſtræ.
¶ Ionathas animauit ſuos ad pugnã, ex eo qđ bellũ erat, ex aduerſo, & aqua iordanis hic & inde, & ripæ & paludes & ſaltus, & nõ erat locus diuertendi.
Cum

¶Cũ eſſet Ionathas ĩ prælio ꝯtra alie- 1. Mac.
nigenas, reliq̃rũt eũ oẽs ex ſuis excep- 11.
tis duobus. Sed uidẽtes, q̃d dux forti-
ter pugnaret, reuerſi ſũt fugiẽtes, & ce-
cidrũt de alienigẽis tria millia uirorũ.

¶Eleazarus quoq; magno animo ꝓ 2. Ma. 6
patrijs legibus morti ſe obiecit.

¶Nec minoris animi fuit mulier illa 2. Ma. 7
quæ cum ſeptem filijs mori maluit, q̃
patrias leges præuaricari.

¶Egregius militiæ dux. Iudas Ma- 1. Mac.
chabæus ad eas, quæ amplius urge- 10.
bant, pugnas ſe conuertit.

¶Machabæus, & qui cũ eo erant, ui- 2. Mac.
dentes auxilium de cœlo ſibi miſſum 11.
conualuerunt animis, non ſolum ho-
mines, ſed & beſtias fortiſſima, & mu-
ros ferreos parati intrare.

¶Crucifixo Domino, Ioſeph ab Ari- Mat. 27.
mathia, audacter introiuit ad pilatũ
& petijt corpus Ieſu.

¶Ille cæcus natus, a Domino illumi- Ioan. 9.
natus, libera uoce ueritatem de Do-
mino fatebatur.

¶Dixit Thomas ad diſcipulos. Ea- Ioã. 11.
mus & nos ut moriamur cum eo.

Mat.26. ¶ Petrus q̄ ad uocē unius ancillæ pa
Act.2.3 uefactus Chriſtū negauerat, recepto
4.5. ſpū ſancto, fuit tāta uirtute idutus, ut
corā ppſo Phariſæorū ac magiſtra-
tuū collegio, ipſū cū oī fiducia p̄dica
Act.5. ret. ¶ Magiſtratus & miniſtri arguē-
do dixerūt, apoſtolis p̄cipiēdo. Præci-
pimus uobis, ne doceatis in nomine
iſto: Et ecce repletis Hieruſalē doctri-
na ueſtra, & uultis ſup uos īducer̄ ſan
guinē hoīs iſtius. Rñdentes aūt petr⁹
& Apoſtoli, dixerūt. Obedir̄ magis o
Act.6. portet deo, q̄ hoībus. ¶ Stephāus ple
&.7. nus gratia & fortitudie, Chriſtū do-
minū cū mira libertate p̄dicabat, & Iu
dæos icrepās, ɔfūdebat, dicēs inter cæ
tera. Dura ceruice, & icircūciſi corde
& auribus, uos ſemp ſpiritui ſctō re-
Act.13. ſtitiſtis. ¶ Paulus apſus, p̄ſente paulo
ɔcōſule, Elymā magū duriſſime icre
pauit & ad tēp' lumie oculoꝝ priua-
Act.16 uit. ¶ Cū mandaſſet magiſtratus, ut
Paulus & Silas liberarētur ā carcer̄,
Paulus dixit eis. Cæſos nos publice,
hoīnes Romāos, indemnatos miſe-
runt in carcerē, & nunc occulte nos

eijciunt. Et ſic locutus eſt quod illi ti
mentes uenerunt, & rogauerunt eos,
ut egrederentur de illa ciuitate.

¶ Cómota & cófuſa ciuitate Epheſi- Act. 19
na, ciues impetũ fecerunt unanimiter
ĩ theatrũ raptis comitibus Pauli. Pau
lus autem uoluit intrare in ipſum, ſed
non permiſerunt eum diſcipuli.

¶ Valeedicens fratribus de Aſia dice
bat Paulus. Spiritus ſanctus ꝑ oẽs ci- Act. 20
uitates proteſtať mihi, ꝗa uincula &
tribulationes me manẽt ĩ Hieruſalẽ,
ſed nihil, inꝗ, hoꝝ uereor, nec facio a-
nĩmã meã ꝓcioſiorẽ ꝗ̃ me. &c. Corã
illis iudicib', quos habuit paulus, mi
rã magnanimitatẽ oñdit, uidelicet, co- Act. 23.
rã Anania principe ſacerdotũ. Felice 24. 25
Feſto, a quo mãifeſte grauatus, Cæſa-
rẽ appellauit. In tot & ĩ tãtis ꝑiculis
ꝯſtitutus Paulus, ſemꝑ fuit ĩtrepidus
& ſecurus, & hoc præcipue apparuit Act. 27
in tẽpeſtate, quam paſſa eſt nauis ſua,
de ipo btõ Pau. dicit Augu. illũ opor Auguſt.
tunũ (inqt) & fortiſſimũ uirũ, qi ſuis ĩ lib. xiiij
firmitatib' gloriať, ꝗ & plus oib' ſuis de ciui.
cũ apl'is laborauit, illũ inꝗ, ueꝝ atletã dei. ca. 6

Chriſti, doctum ab illo, uinctum de illo, crucifixũ cũ illo glorioſum in illo, i theatro huius mũdi cui ſpectaculũ factus ē, & angelis & hominibus, legitime magno agone certãtẽ, & palmã ſupnæ uocationis in anteriora ſeſtãtẽ oculo fidei libentiſsime ſpectãtẽ ✱ſpectamus gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, Foris habentem pugnas, intus timores, cupientem diſſolui & eſſe cum Chriſto. &c

℄ De patientia & manſuetudine. in iniurijs & tormentis.

Gen. 22 MAnſuete ferebat Iſaac cũ pater ſuus eum immolare uellet.

Ge. 27 & 5. ℄ Ioſeph facinus, quod in eum cõmiſerant fratres ſui, & patienter tulit, & clementer indulſit.

Eodem ℄ Speciale mandatũ dedit fratribus ſuis Ioſeph dicẽs. Ne iraſcamini i uia.

Nu. 12. ℄ Cito orauit Moyſes ꝓ Maria, quæ cõtra eum tam inique locuta fuerat, & per orationem eius ſanata fuit.

Nu. 16. ℄ Murmurabat populus cõtra Moyſen & Aaron dicens. Vos interfeciſtis populum domini, & cum iratus eſſet

Dominus, ut percuteret populum, di
xit Moyſes ad Aarō. pge cito ad po
pulum, ut roges pro eis, & ſequitur.
Quod plaga ceſſauerit.

¶ Filij Ephraim iurgantes fortiter cō Iudic. 8.
tra Gedeonē, ſedati fuerunt, propter
eius mãſuetã reſponſionē. Quid eni
tale facere potui, quale uos feciſtis?

¶ Noluit ſuſtinere Saul, quod occide 1. Reg.
rentur uiri, qui detraxerant ei. 11.

¶ Potuit Dauid pluries, & noluit, oc 1. Reg.
cidere Saul, ipſum acriter pſequentē, 24. 26.
quãdo abſcidit oram chlamidis eius
quando inuenit eum dormientem.

¶ Fugiēs Dauid a facie Abſalon, pa 2. Reg.
tienter dixit ad Sadoch. Si inuenero 15. 16.
gratiã in oculis Domini, reducet me.
Et ad Semei maledicentem ſibi. &c.

¶ Mephiboſeth patiēter ſuſtinuit ini 2. Reg.
q̃ ſentētiã ɔtra ſe latã. Dixerũt ſenio 19.
res, dantes conſiliũ Roboã. Si placue 3. Reg.
ris populo huic, & lenieris eos ỽbis 12.
clementibus, oĩ tempore ſeruiēt tibi. 2. Pa. 10

¶ Homines, qui uenerant ad capien 4. Re. 6.
dũ Eliſeũ, nõ pmiſit ipſe illos aliquid
mali habere, ſed præcepit eis mēſam

aponi, & refectos abire permiſit.

To. 2. 3 Excæcatus Tobias, mirā patientiā oſtendit erga diuinum flagellū, & irriſionem amicorum & uxoris.

Tob. 3. Filia Raguelis Sara, grauem contumeliam ab ancilla prolatam. Patienter tulit, nihil reſpondens ſed ſtati ad orationem ſe conuertens.

Iob. 1. 2 Iob fuit patiēs ꝑdendo ſua & ſuos & quaſi ſeipſum. Et notandum, quod ſimul amiſit bōa ſua, & liberos ſuos & ſic uehemētior fuit tentationis impetus. item illi qui remanſerunt, de amicis ſuis, plus ei deſolatiōis q̄ ꝯſolationis attulerunt. Vt patet in uxore, & in illis amicis, qui fuerūt ei ꝯſolatores oneroſi.

Dan. 3. Alacrem patientiā exhibuerunt ſocij Danielis, miſſi iuſſu regis, ī fornacem ignis ardentis. Et tātum, uel amplius fuit laudatus deus ex eorū patientia, quam ex Danielis ſapientia.

2. Ma. 6 Cū plagis torqueretur Eleazarus, dixit. Domine tu ſcis, quia cū a morte poſsem liberari duos cordis ſuſtineo dolores, ſecundum animā uero, ꝓpter timorē tuū, libēter hæc patior.

¶Septē illi frēs cū matre ſua alacri animo paſſi ſunt horrenda tormenta 2. Ma. 7

¶Cū iterrogaſſet Petrus dñm, quoties peccabit i me frater meus, dimittā ei, uſq; ſepties? Audiuit: Nō dico uſq; ſepties, ſed uſq; ſeptuagies ſepties. Mat. 18

¶Ad remittendū fratribus ex corde, induxit dominus parabolam ſerui nequam, cui decem milia talenta a Domino liberaliter fuerunt dimiſſa. Eodem

¶Cum audiſſet iacobus & ioānes, q Samaritani non receperunt nuncios Domini, quos pmiſerat, dixerūt. Vis dicamus, ut ignis deſcēdat de cœlo, & cōſumat illos Et dñs icrepauit illos, & dixit. Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Luc. 9

¶Mulier in adulterio deprehenſa, & coram Domino accuſata, nihil omnino accuſatoribus reſpondebat. Dominus autem pro ea uerbum aſſumpſit, & eam benigne abſoluit. Ioan. 8

¶Cedēdū eſt quādoq; furori pſequētiū. unde Dominus qui pati & occidi uenerat, non ut timidus, ſed ut prouidus, & horā paſſionis competentē expectās, rabiē iudeoꝝ pſes deuitauit. Luc. 4

Luc. 4. Ieſus aũt trãſiẽs p mediũ illo
Ioan. 8. rũ ibat. ¶Et Ioãnis. 8. capite & deci
Mat. 11 mo. Abſcondit ſe, & exiuit de tẽplo.
¶De ſeipſo dominus ait. diſcite a
Patiẽtia me, quia mitis ſum & humilis corde
Chriſti ¶Dominus noſter patiẽter tulit iniu
rias illatas, uerbis & factis. Verbis q
dem detractorijs, contradictorijs, de
riſoriis & cõtumelioſis detraxerunt
enim ei occulte & manifeſte. Occulte
intra ſe loquendo & ipſum temere
Luc. 7 & nequiter iudicando. Hic ſi eſſet p
pheta ſciret qualis hæc eſſet mulier:
Item Matthæi. 9. Lucæ quinto. Hic
blaſphemat. Manifeſte quando dice
Mar. 2. bant diſcipulis eius phariſæi. Quare
cum publicanis & peccatoribus man
Mat. 12 ducat & bibit magiſter ueſter?
Luc. 11 Itẽ quando eius miracula deprauа
bant dicẽtes. in Beelzebub principe
dæmoniorũ eijcit dæmonia. Mat. 12.
Luc. 11. Itẽ. Non eſt hic homo a deo,
qui ſabbatum nõ cuſtodit, & ibidem
Ioã. 7. 8 ſcilicet, Io. 7. 9. Nos ſcimus quia hic
9. & 10 homo peccator eſt.
Item dicebãt eũ habere dæmoniũ,

❡Cōtradictoria ꝟbo uerba ſuſtinuit. Ioānis octauo, Tu de te ipſo teſtimonium perhibes: Teſtimonium tuum nō eſt uerū, & ibidē. Quinquaginta ānos nōdū habes. & Abrahā uidiſti?

❡Et ꝟba deriſoria, cum dixiſſet: Nō eſt mortua puella, ſed dormit, deridebant eum. Mat. 9. Luc. 8.

❡Item uerba cōtumelioſa. Nōne benedicimns nos, quia Samaritanus es tu, & dominū habes? Et lucæ quinto. Quis ē hic q̄ loqtur blaſphemias oiā. 7. 8 Luc. 5.

❡Specialiter autem in tēpore paſſionis ante crucē, in domo Annæ & Caiphæ, corā Pilato, Herode. &c. Ac demum dum penderet in cruce, huiuſcemodi uerba multa audiuit ꝯtra ſe. Mat. 26 &. 27. Mar. 14 &. 15. Lu. 22. &. 23.

❡In factis itē graues iniurias paſſus fuit. Nā ipſo prædicante repleti ſunt omnes inſyangoga ira, & eijcientes eum extra ciuitatem, uoluerunt eum præcipitare de ſupercilio montis. Et iterum ad lapidādum ipſum, lapides ſuſtulerunt. Luc. 4. Ioan. 8. ioā. 18. &. 19.

❡Item cū exiret de Hieruſalē, & uellet trāſire Samariam, Samaritani nō Luc. 9.

cios, quos præmiſit, recipe noluerũt.
Ioan. 8. ¶Præterea ipſo prædicãte, & iudeos
Luc. 23. de eoꝝ malitia increpãte, illi ad lapi
Mat. 27 dãdũ eũ, lapides ſuſtulerũt. Hoc totũ
paꝝ fuit reſpectu eoꝝ, quæ in paſſiõe
ſuſtinuit. Circa quæ notare poteris:
quod ſecũdũ ea quæ prædixerat, fuit
deluſus & flagellatus, & crucifixus,
ĩluſus ĩ domo Caiphæ. uiri (inigt tex
tus) q̃ tenebãt eũ, illudbãt ei dicẽtes.
Aue rex iudeoꝝ &c. Similia ĩ prætoi
rio Pilati p̃ſidis agebãt, genu flexo il
ludebãt ei. &c. ¶Similiter illuſus fu
it in domo Herodis, ſpreuit illum cũ
Luc. 23. exercitu ſuo, & illuſit ei.
Mat. 27. ¶Item illuſus fuit dominus Ieſus in
patibulo crucis pẽdẽs, & hic a militi
bus & ſacerdotibus, & cõmũiter a p̃
tereuntibus, & latronibus. Siquidẽ
de militibus dicitur. Illudebant ei mi
lites accedentes, & acetum offerẽtes.
De ſacerdotibus autem. Principes ſa
cerdotũ cum ſcribis & ſenioribus il
ludebant ei, dicentes. Alios ſaluos fe
cit, ſeipſum non poteſt ſaluum face
re &c. Prætereuntes autem, blaſphe

mabant eum, mouentes capita ſua &c, cætera. Latrones, qui crucifixi erant improperabant ei.

¶Vlterius nota, qđ fuit illuſus nu tibus & ſignis, quādo mouebāt capi ta ſua, & flectebāt gēua. Verbis. Q ñ dicebant ſalutantes. Aue rex iudæo rum. Factis. Quādo fuit ſpinis coro natus, & arundo, loco ſceptri poſita ī manu eius ſputis deturpatus. Nunc ueſte purpurea nunc alba ueſtitus. Luc. 23 Eodem

¶Saluator nr̄ ī ſua paſſiōe, māſuetu dinē exhibuit ad ꝓditorē, quē uoca uit amicū, ad lictorē, cui' aurē ſanauit. Mat. 26 Ioā. 18.

¶Ad Annam, ad Cayphā, ad Pilatū, corā qbus fuit falſiſſime accuſatus, manſuetiſſime reſpondit. &c. &. 19. Luc. 23.

¶Item ad crucifixores, pro qbus ora uit, Et ad latronem, cui tam benigne reſpondit &c. Luc. 22.

¶De flagellatiōe pēſandū eſt. Quia ipſe domius primo flagellatus fuit ī capite. Percutiebant caput eius arun dine. item in facie. Et apud ioannem capitulo. 19. Vnus miniſtrorū aſſiſtēs pōtifici, dedit ei alapam. Itē in collo: Ioā. 19. Mat. 27.

Colaphis eũ cædebant, & in toto cor pore. Tradidit illis Pilatus Ieſum fla gellis cæſum, ut crucifigeretur. Circa quod notari poteſt, quod flagellari ſo lent in capite inſcij qui erudiuntur. In collo ſerui, qui de domo eijciunt. In facie rei, qui nuncupantur. In toto corpore ſcelerati, qui puniuntur.

¶ Item cõſiderari debet ab anima fi deli, qđ ipſe fuit flagellatus, linguis blaſphemãtium, improperantium, ac clamantium Crucifige eum. Palmis percutientium, ut in Matthæo uigeſi moſexto. Alij palmas in faciẽ dede runt In arũdine & flagellis. Sicuti ui

Ioã. 18. ſum eſt in Matthæo & Marco.

¶ Ad oĩs ꝓo iniuriæ cumulũ multũ facit, quod Dñs dominantiũ, q ſoluit cõpeditos, & illumĩat cæcos, ipſe fuit tanq̃ latro captus, & ligatus, Miniſtri Iudeorum ait Ioannes. Cõprehẽderũt

Ioã. 18. Ieſum & ligauerunt eum.

Luc. 23 ¶ Itẽ fuit latroni poſtpoſitus. Quia

Mat. 27. petierunt Iudæi Barrabam ſibi dimit ti, & dominum crucifigi, teſtantibus Euangeliſtis. Et tamen ille erat latro.

& in ſeditione fecerat homicidiū. Vñ
Ille Barrabas erat homicida, ſeditio-
ſus, latro iſignis, i malicia diffamis.
¶ Fuit inſuper in medio latronū po- Ioā. 19
ſitus, quaſi eſſet magiſter eorū, & ſce
leratior omnibus. Vnde Ioannis. 19.
Medium autem Ieſum. &c.

¶ Præterea pēſandū eſt, qđ ipſe fuit
in omnibus membris corporis afflí-
ctus, ſeu ſenſibus. Oculi nāqꝫ eius ui
debant illos tortores ſuos rabidos &
crudeles: Itē piā matrē ſuā pariter in
aīa crucifixā, & dilectū diſcipulū, &
mulieres deuotas cōpatiētes. Aures
aūt, uerba blaſphemiæ inſultationis
deriſiōis, & impropij audiebāt. Nares
etiā ratiōe loci Caluariæ, ī quo cruci-
fixus eſt ubi decaluabant & decapita
bāt malefici poterāt fœtore grauari.
Guſtus eius fuit afflictus i hoc, quod
fuit potatus uino myrrhato, uel ace-
to cum felle mixto. In quibus datur ī
telligi, potum fuiſſe amariſſimum.
¶ Senſus autem tactus, per totū cor-
pus diffuſus, ubi dolorē ſenſit in mē-
bris, uidelicet, flagellatis in māibus

& pedibus, clauis atrociter pforatis.
Ioã. 19. ¶ Poterit etiam cõſiderari, quod ipſe
Mat. 26 Dominus Ieſus ſuſtinuit danum i re:
Mar. 14 bus, quas ſecundũ hominem habuit.
Quia fuit ueſtimẽtis nudatus, ab ami
cis dreli ctus. Vñ diſcipuli relicto eo,
oẽs fugerũt, afflictus i toto corpore,
ut dictũ eſt, per acerbiſſimã paſſionẽ.
¶ Itẽ paſſus eſt in corde, uel in mẽte:
Quia compatiebatur, ibi amicis aſtan
tibus, & inimicis eum ignorãter cru
cifigentibus.
¶ Tũ etiã paſſus eſt quodãmodo, &
læſus in fama, ſeu opiniõe, qa dicebãt
eũ populi fuiſſe ſeductorẽ. Domine di
xerunt ad Pilatũ, Pricipes ſacerdotũ.
Recordati ſum, ꝙ ſeductor ille. &c.
¶ Aduertendũ eſt etiam circa ſaluti
feram paſſionem Domini noſtri Ieſu
Chriſti, qꝺ fuit turpis, immo turpiſ
ſima & ignominioſa: Ratione loci.
Quia in Hieruſalem ubi notus, uoca
tus & honoratus fuerat, & multa mi
racula fecerat. &c.
¶ Item ratione temporis, uel diei.
¶ Quia in die ſolẽni Paſchæ, quãdo

conuenerat ad diem feſtum, maxima multitudo hominum, & hora quaſi ſexta, fuit ductus ad crucẽ, ut ab omnibus poſſet ſciri.

Itẽ & ratiõe generis ipſius mortis. Quia morte crucis, morte debita maledictis malefactoribus & iniqs. Tũ & ratione modi, ad ipſum tormentũ eundi. Exijt enim Ieſus baiulans ſibi crucẽ, quod certe non legitur de alijs duobus nequã, qui ducebãtur cũ eo. ¶ Item & ratione cõſortij, nã fuit crucifixus in medio duoꝝ latronũ, quaſi eẽt unus ex eis, uel maxim' aut magr̃. ¶ Adhuc aggrauat̃ illius benedicta paſſionis acerbitas, ex naturali dominici corporis cõplexiõe. Certũ eſt enĩ illud ſacrũ corpus fuiſſe cõpletiõis optimæ, & mirabiliter d̃licatæ: Vt pote organizatũ ſpiritus ſãcti oper̃. Vñ ſine aliquo naturæ uitio uel errore, unde caro ſua, ſãcta nullam habuit rebellionẽ uel pugnã contra ſpiritum. Eticcirco ſpiritus merito magis diligebat ipſam, q̃ alterius ſpiritus, uel anima debeat diligere corpus ſuum.

næ & ex diuturnitate, paſſionis acerbitas aggrauatur. Nam multi martyres igne cremati, uel aqua ſubmerſi, aut capite truncati: martyriũ ſuũ celeriter cõpleuerunt. Paſſio ꝟo dominica durauit, quaſi ad inſtãti cõceptionis ſuæ, uſq; ad horã mortis. Certiſſime namq; præſciuit, qcqd ſua humanitas paſſura fuit: Specialier tñ & ↄtinue durauit, ab illa hora poſt cœnam uſq; ad ſextæ feriæ horam nonam.

Item ex qualitate membrorum, in quibus paſſus fuit, uidelicet, in pedibus & manibus, quæ ſunt mẽbra neruoſa, & doloris maxime perceptiua.

Luc. 22. Signum autẽ, quod paſſio Domini acerbiſſima & grauiſſima fuerit, ex hoc præcipue poteſt haberi, quod narrante Luca, in oratione poſt cœnam ex uehemẽti imaginatione futuræ anguſtiæ factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.

Mat. 26 Eandem uero dominicam paſſionẽ reddit inæſtimabiliter gratioſam, qđ ad illam ſponte ſe obtulit, ſurgite aiebat. Ecce appropinquat q̃ me tradet.

Et apud

Et apud Ioan. 18. Iuit obuiam miniſtris quærentibus Ieſum Nazarenum Et cū audiſſent dñm dicētē: Ego ſum ceciderūt in terrā. ¶ Item captus, uinctus, ignominioſe ductus, mēdaciter accuſatus, colaphizatus, ſputis illinitus, flagellis cæſus, ſpinis deriſorie coronatus. Nullū uerbū, aut ſignū impatientiæ ſeu turbationis oſtēdit. Quinimo multiplex beneficiū illis a quibus ita præmebaẽ oſtēdit. Nā aurem amputatam ſeruo ſacerdotis ſanauit, multa pia & utilia ꝟba illis dixit, & ꝑ crucifixoribus ſuis clementer orauit, patrē ſuū dulciter, iuocans, & eos benigne excuſans. Pater, iquit, dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt Luc. 23

Deniq; hæc omnia paſſus eſt, non propter ſe ſed propter nos. Nā ꝓpter peccata tollenda, quia quæ nō rapuit. tunc exoluit. Vnde propter neceſſitatem & utilitatem noſtram, non propter ſuā. Animam poſuit pro omnibus amicis ſuis, pro nobis qppe liberandis uoluit comprehēdi, pro nobis redimendis, uoluit uendi, pro nobis

De conſtantia & perſeuerantia in propoſitis.

NOn ē reſpiciēdū retro poſt egreſſum de ſocietate malorū, ſicut fecit uxor Loth, q̄ uerſa eſt in ſtatuam. Gen. 19

Singulis diebus, moleſta erat ioſeph domina eius. Et tamen ille perſeuerā ter reſiſtebat operi nephario. Gen. 39

Nūquam potuit Moyſes iraſci, aut uinci, quod uel in Ægypto immolaturus Domino remaneret, uel puulos aut iumēta ppl'i dimitteret Pharaoni. Exo. 8, 9. & 16

Dure rephēſus Dauid a frē ſuo maior & ēt diſuaſus a Saule, nō deſtitit ab incepto ſed uiril'r pugnauit, & Goliath ꝟicit. 1. Reg. 17. ¶ Perſeuerāter egit Ioab in obſidiōe Rabbath, donec capta fuit ciuitas. 2. Reg. 12. ¶ Itē in ꝑlio ꝯtra Abſalon. 2. R. 18. ¶ Et contra Sebam filiū Bochri, in obſidione ciuitatis Abela. 2. Reg. 20.

¶ Q uāuis Neemias i ædificādo multa paſſus fuit impedimenta, nō tamen ceſſauit ab opere, donec murus fuit totał'r ꝯſtitut'. Ne. 4. 6. Cū Tobias ſemꝑ ab īfātia ſua timuerit deū: ñ ē ꝯtriſtat' cōtra dñm, qd' plāga cæcitatis euenerit Tob. 2.

ei, ſed imobilis in dei timore pmāſit.
Iudit. 4. Eliachim ſacerdos magnus, allocutus eſt omnem Iſrael dicens. Scitote quoniam exaudiuit Dominus preces noſtras, ſi manentes permāſeritis in ieiunijs & orōnibus i ꝯſpectu dei &c.
Eſthe. 3 Scire cupiebāt famuli regis Ahaſueri:
4. & 5. Vtrum Mardochæus perſeueraret in ſententia, de non adorando Aman: qui ita conſtanter perſtitit in propoſito, ut non ſolum adorare uoluerit, ſed nec ei aſſurgere tranſeunti.
Dan. 3. Socij Danielis conſtanter dixerunt Regi Babylonis. Notum ſit tibi rex, quod deos tuos nō colimus, & ſtatuā
Dan. 6. tuā nō adoramus Nō dimiſit Daniel pp crudele decretū Darij, qn oraret in die, ſicut ante ꝯſueuerat, dn̄m ſuum.
Dan. 13 Cōſtanter reſtitit Suſanna duobus presbyteris ſenibus, qui eā tam uehementi pulſatione tentabant.
Multi de populo Iſrael diffiniérūt
1. Ma. 1 apud ſe ut non manducarent immunda, & elegerūt magis mori, q̄ coinqui
2. Ma. 6 nari immundis.
Miram conſtantiā & perſeuerātiā

habuit Eleazarus in tormētis, & magis elegit grauiſſima morte puniri, q̃ contra legem carnes edere porcinas, uel ſimulare ſe comediſſe.

Septē illi fratres cū pia matre ſua, bene perſeuerauerunt, uſque in finē, nec poterant ad præuaricationem legis adduci, blanditijs, aut tormentis. 2. Ma. 7

Firmiſſimū uirginitatis propoſitū habuit beata Maria uirgo, quæ noluit conſentire in conceptione filij, donec intellexit quod hoc fieret non opere uiri, ſed uirtute Spiritus ſancti. Luc. 1

Ponit Dominus exēplū de illo homine ab alijs illudēdo, qui icepit turrim ædificare, nec potuit conſumare. Luc. 14

Cæcus natus, a Domino illuminatus, conſtanter perſeuerauit ꝯtra pharisæos ueritatē confitens & defendēs Ioan. 9

Omnes diſcipuli Domini erant ꝑſeuerātes in oratione unanimiter cū mulieribus, & Maria matre Ieſu. Act. 1

Principes Iudæoꝝ uidētes Petri ꝯſtātiā & Ioannis, cōperto ꝙ hoīes eſſent ſine literis, & idiotæ admirabantur Act. 4

Videns Barnabas qđ multi Antio Act. 11

Cōtra Amalech, filios Iſrael impe dire nitentem miſit Moyſes Ioſue ad pugnandum. Ipſe uero in propria perſona nō iuit, ſed in orōne permāſit, & plus fecit orādo, ꝗ ille manibus feriē do. Exo. 17.

¶ Filij iſrael moti, ualde animoſe aggreſſi ſunt bellū ꝓhibente Moyſe contra Amalechitas & Chananæos. Illi autem percutientes & cōcidentes filios iſrael, ꝑcuſſi ſunt uſq; Horma. Nu. 14.

¶ Rex Arad pugnauit contra filios iſrael, & duxit inde prædam. Illi uero uoto ſe Domino poſtea obligantes, uicerunt eum, & urbes hoſtium ſub uerterunt. Nu. 21.

Ex præcepto domini pugnātes filij iſrael contra Madianitas, tātam uicto riam habuerunt, quod triginta duo millia uirginum fuerunt in præda, & tamen de populo iſrael non fuerunt, niſi duodecim millia pugnatorū: De quibus nec unus quidem in prælio mortuus eſt. Nu. 31.

Ioſue. 6.

Vociferāte populo & clāgētibus tu bis, ſicut præceperat Ioſue, muri Hie richo corruerūt, & ſic capta ē ciuitas

Ioſ.7.8. Occaſione præuaricationis Achã, filij Iſrael fugati fuerunt uiris urbis Hai. Poſt expiationẽ aũt peccati, ad p̃ ceptũ Dñi, capta fuit ciuitas & ſubuerſa.

Ioſu.10 ¶ Cũ pugnaret Ioſue ꝯtra quinq; reges, qui uenerant ad deſtruẽdũ Gabaonitas, miſit Dominus ſuper illos lapides magnos d̃ cœlo & multo, plures lapidibus mortui ſunt grãdinis, quam quos gladio percuſſerunt filij Iſrael. Tunc ad uocem Ioſue, ſtetit ſol per ſpatium unius diei, ut poſſet delere funditus inimicos ſuos.

Eodẽ Notabile eſt autẽ, quod licet in acquiſitione terre promiſſionis dicatur quod Ioſue omnem terram percuſſerit cum regibus ſuis, & quod præter Gabaon, omnes debellando ceperit. Tamen legitur ibi: Dominus autem Iſrael pugnauit pro eo: Vnde quãuis filij iſrael manibus fortiter pugnarẽt tamen Deo attribuebatur uictoria.

Iudic.1. Poſt mortem Ioſue, filij iſrael non leguntur iuiſſe ad prælĩũ, niſi prius conſulto Domino, & ſic iuerunt. Et tradidit Dominus Chananæ & Pharez

ſaxum in manus eorum.

Multas gẽtes dimiſit Dñs ĩter filios Iudic.3
Iſrael, ut erudiret in eis Iſraelẽ, & oẽs
q̃ nõ nouerant bella Chananæorũ &
diſcerent filij eorũ, certare cum hoſti-
bus, & habere ↄſuetudinem præliãdi

Suſcitauit Dominus Iſraeli, ſalua-
torẽ nomine Ehud, q̃ percuſſit Eglon Eodẽ
regem Moab. deſcenderuntq; cũ eo
filij Iſrael ipſo in fronte gradiente, q̃
dixit ad eos. Sequimini me, tradidit
enim dominns inimicos noſtros in
manus noſtras. Et ꝑcuſſerunt de Moa
bitis circiter decem milia. Iudic.4

Dixit delbora ad Barach, Surge, hæc
eſt dies in quo tradit dominu Siſa-
ram in manus tuas. Perterruitq; do-
minus Siſarã & omnes currus eius,
ita ut omnis hoſtium multitudo uſq;
ad internitionem caderet. Iudic.7

In trecẽtis uiris, q̃ manu ad os ꝓij-
cientes aquas biberunt, liberauit do-
minus iſrael de manu Madiã & Ama
lech, qui erant in maxima multitudi
ne tempore Gedeonis. Iudic.4.

Abimelech filios Hieroboal ex cõ

flētibus & ieiunantibus, dixit eis do minus: Cras tradã eos ĩ manus uñas, & tūc plenã uictoriã habuerūt de ipſis. ℭ Tpe Eli ſacerdotis, filij iſrael 1. Re. 4.
d̄bellati fuerūt a Philiſtæis: & poſtea quaſi tētantes deum, tulerunt arcam Domini ſecum, ſperātes per eã p̄ſum ꝑtuoſe uictoriã habituros. Philiſtæi uero ꝯfortātes ſe mutuo, iteꝝ uicerūt eos, & arcã Dñi ceperunt in prælio.
ℭ Clamāte ad dñm Samuel pro filijs 1. Re. 7.
Iſrael, & ſacrificiū pro eis offerēte intonuit dñs fragor̄ magno ſuꝑ Philiſtijm & cæſi ſūt ab iuice iter ſeipſos fugati. Cū obſeſſi eſſent uiri Iabes Galaad, a Nahas rege Ammonitaꝝ cito ſuccurrit eis Saul. Nã cū multitudine 1. Reg.
bellatoꝝ ĩgreſſus eſt caſtra, in uigilia 11.
matutina, & ſic diſꝑſi ſūt inimici, ita, ut nō relinquerent ĩ eis duo pariter.
Vidēs Ionathas, filius Saul, ſtationē Philiſtinoꝝ, dixit ad Armigerū ſuū. 1. Reg.
Nō eſt a dño difficile ſaluare ĩ multis 14.
uel paucis. Et accidit quaſi miraculū a deo, fuit. n. multitudo ꝑ eos ꝓſtrata & huc illucq̨ diffugiēs, ubiq̨ diſꝑſa.

1.R.15 Ad mãdatũ Samuelis, pcuſſit Saul A malech. Et apprehendit Agag regẽ Amalech uiuũ. Oẽ aũt vulgus interfecit. ¶ Mirabile duellũ fuit inter
1.R.17 Dauid & Goliath Gethæum gigantẽ. Dauid enim erat puer ineptus, & ſine militaribus armis, ſed ꝯfidẽs in dño, præualuit aduerſus gigantẽ armatũ, fortem, & expertum. Et hoc in funda & lapide, in nomine Domini.
1. Reg. 30. Audiens Dauid, quod Amalechitæ ſuccenderunt Sicelag. & captiuas duxerunt mulieres, conſulit Dominum utrum deberet perſequi latrunculos illos. Dixitq́ ei dominus. Perſequere: Et cum quadringẽtis uiris debellauit
1R.31 eos, & prædam integrã reduxit. Poſt multas perſecutiones iniquas, quas Saul cõmouit in Dauid, Philiſtæi pugnauerunt aduerſus eum totumque pondus prælij uerſus eſt in Saul, ipſe uero accipiẽs gladium, ex diſperatione irruit in eũ. Mortuus ẽ ergo Saul, & tres filij eius, & uniuerſi uiri eius.
2. Re. 2. Crudele bellũ fuit inter duodecim pueros Dauid, & duodecim ex parte

Isboſeth filij Saul, quando mutuo ſe occiderũt. ¶ Audierũt Philiſtæi, qđ David unctus eſſet in regẽ ſup Iſrael, & aſcẽderũt uniuerſi, ut q̃rerent eũ. q conſulit dominum, & percuſſit eos. Alia uice accidit ei ſimile. Poſtea percuſſit iterum Philiſtæos, & tulit frenũ tributi de manu eorum. Item pcuſſit Moab, & factus eſt ei ſeruiens ſub tributo. Item percuſſit regem Soba. Et de Syria uigintiduo milia uirorũ. Seruauitq; deus Dauid in omnibus, ad quæcunq; profectus eſt. 2. Reg. 5. &. 6.

Videns Ioab, quod præparatũ eẽt aduerſum ſe prælium, & ex aduerſo & poſt tergũ dixit Abiſai fratri ſuo. Si p̃ualuerint aduerſum me Syri, eris mihi adiutor. Si autem filij Ammon præualuerit aduerſum te, auxiliabor tibi. Eſto uir fortis, & pugnemus pro populo noſtro, & ciuitate dei noſtri. Dominus autem faciet quod bonum eſt in conſpectu ſuo &c. Inito prælio fugerunt omnes aduerſarij. 2. R. 10.

Bellum inhoneſtum habuerat Abſalon, contra patrem ſuum Dauid, & 2. Reg. 18.

audito ſonitu exercitus plurimi. Et facta eſt rerum abundantia.

Amaſias rex iuda, obtēta victoria de Edom miſit ad regē iſrael, prouocans eum ad prælium: ſed fuit ab illo captus, & magna pars murorum ciuitatis Hieruſalem deſtructa fuit, occaſione elationis ipſius Amaſiæ. 4. Reg. 14.

Licet Hieroboā filius Ioas rex iſrael eſſet malus & populus eius, tñ dñs ꝑ manū illius ſaluauit eos, & multa bona fecit eis. Eodē

¶ Bñ & mirabil'r pugnauit dñs pro Ezechia rege Iuda, aduerſus Sēnacherib regē Aſſyriæ, qñ angelus dñi, una nocte ꝑcuſſit de exercitu Sēnacherib centū octogintaquiq3 millia. Et ipē poſt, a filijs occiſus fuit 4. Reg. 19.

Abia rex iuda cū exercitu ſuo, uidēs quod īſtaret bellū ex aduerſo, & poſt tergū clamauit ad dominū. Et ſacerdotes canere tubis cœperūt, & perterruit domius Hieroboā, & oēm iſrael. Et ceciderunt uulnerati ex Iſrael quingēta millia uirorꝫ fortiū. Humiliatiq3 ſunt filij Iſrael uehemētiſſime, & confortati filij iuda, eo qꝺ ſpaſſent i dño. 2. Par. 13.

Egreſſus eſt contra Aſa regem Iuda
2.pa.14 Zara Æthiops cũ exercitu ſuo decies
cẽtenis milibus: & iuocauit Aſa dñm
dicẽs. Dñe nõ eſt apud te ulla diſtan-
tia, utrũ i paucis auxilieris, aut i mul
tis, &c. Sequitur. Exterruit itaq; Dñs
æthiopes, & ruerũt uſq; ad internitio
nẽ, q̃a Dño cædẽte ꝯtriti ſunt.
2.pa.20 Cõgregati ſunt filij Moab & Ammõ,
ut pugnarent contra Ioſaphat. At ille
cõtulit ſe totum ad rogandum domi
num. Cumq; cœpiſſent cantores Do-
mini laudes canere, uertit Dominus
inſidias aduerſariorum in ſeipſos, &
mutuis uulneribus ceciderunt.
2.pa.28 Phacee filius Romeliæ rex Iſrael oc
cidit de iuda centum uiginti milia in
una die omnes uiros bellatores, eo ꝙ
reliquiſſent dominum.
Victoriam, quã dedit Dominus po
Iudi.16 pulo Iſrael, per manũ Iudith famoſa
eſt. Vt in lib. Iudith, quaſi per totum.
Vnde ipſa dixit, occiſo Holoferne. Do
minus oĩpotens nocuit eũ, & tradidit
in manu fœminæ, & cõfudit eum.
1. Ma.3 Videns Iudas Machabæus exercitũ

Seronis magnū, ſocijs timētibus ait. Facile eſt concludi multos in manu paucorum, & non eſt differentia in cō ſpectu Dei cœli liberare i multis, uel in paucis &c. Et contritus eſt Seron & exercitus. Idem Machabæus cum tribus milibus uirorum q̃ tegumenta & gladios nō habebant, debellauit Gorgiam cum magno exercitu. 1. Ma. 4

¶ De Iuda Machabæo ſatis notabile eſt, ꝙ cū toties pugnauerit, & tot probitates fecerit, qñcūꝗ pugnatur' orauit, & diuinū auxiliū inuocauit ſemp uicit: In duobus aūt præcipuis bellis, oraſſe ñ legit. Vnū fuit ꝯtra Antiochū Eupatorē: Secūdū ꝯtra Bacchidem & Alchimū & tūc ipſe in prælio cecidit. 1. Ma. 6 & 9.

¶ Venit Bacchides in uirtute multa ut pugnaret cōtra Ionatham, & dixit Ionathas ad ſuos Pugnemus & clamemus i cœlū ut liberemus de mãibus inimicoꝝ noſtroꝝ, qd & factum eſt. 1. Ma. 9

¶ De impatientia & murmure.

AGar ancilla Saræ non ferens correptionē dominæ ſuæ, quæ affligebat eam propter ipſius ſuperbiam Gen. 16

fugā iniuit ſ; ad mādatū āgeli redijt.
Exo. 5. ¶ Præpoſiti filiorum iſrael dixerunt Moyſi & Aaron, Videat Dominus & iudicet, quoniam fœtēre feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone &c.
Exo. 14 ¶ Videntes Aegyptios filij iſrael dixerunt ad Moyſen: Forſitan nō erant ſepulchra ī Aegypto, iō tuliſtis nos u t moreremur in ſolitudine.
Exo. 15 ¶ Prima murmuratio filiorum iſrael in deſerto, fuit ꝓ defectu potus. Murmurauit populus contra Moyſen, dicens. Quid bibemus? &c.
Exo. 16 & 17. ¶ Deinde pro cibo, murmurauit omnis cōgregatio filiorum iſrael, dicēs: Cur iduxiſtis nos in deſertum, ut occideretis omnem multitudinē fame? iterum murmurauit poſtquam miſerat Dominus conturnices & manna, præ ſitis anguſtia.
Exo. 32 ¶ Vidēs populus quod moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, cōgregatus aduerſus Aaron, ait. Surge, & fac nobis deos, qui nos præcedant
Nu. 11. ¶ Ortū eſt murmur populi, quaſi dolentium præ labore contra Dominū,

& accēſus eſt in eos ignis Domini, & deuorauit extremam caſtrorum partem. Et nota peruesitatem illorum dicentium. Recordamur piſcium, quos comedebamus in Aegypto gratis, cū ita care emerant.

¶ Cū patiebatur populus famē in deſerto, cū murmure & ipatiētia recordabāt carniū, quas comedērat i Aegypto. Sȝ d̄ duriſſima ſeruitute, qua opprimebat̄, nō faciebat aliquā mentionē. Eodem

¶ Poſt terribilem mortem Chore, & cōplicū ſuorū, multitudo murmurauit contra Moyſen & Aaron, dicens: Vos interfeciſtis populum Domini. Nu. 16.

¶ Rurſus pp̄ d̄fectū potus & fructuū murmurauerūt & iurgati ſūt filij Iſrl̄ cōtra Moyſen ad aquas cōtradictiōis Nu. 20

¶ Vidēs Achitophel, quod nō fuiſſet factū iuxta cōſiliū ſuū, in tātū ipatiēs fuit, q̄d receſſit ab Abſalone, & abiēs in domum ſuam ſuſpendio interijt. 1. Reg. 17.

¶ Quia durius locuti ſūt filij Iuda cū alijs decē tribubus, ſeparatus ē Iſrael a Dauid, & ſecutus eſt Sebam filium Bochri. 1. Reg. 19. 20.

Tob. 2. ¶ Cum dixiſſet Tobias de hœdo, quẽ balantem audiuit. Videte ne furtiuus ſit; uxor eius impatienter reſpondit.

Tob. 3 ¶ Sara filia Raguelis unam de ancillis ſuis pro culpa icrepabat, & illa nimis iniurioſe reſpondit, dicens: Amplius ex te non uideamus filiũ aut filiã ſup terrã, iterfectrix uirorũ tuorum.

Iudit. 5. ¶ Nunciatũ eſt Holoferni, quod filij Iſrael pparaſſẽt ſe ad reſiſtẽdũ: & furore nimio exarſit i iracũdiã magnã.

Eodem ¶ Item cũ ceſſaſſet loqui Achior, indignatus eſt Holofernes uehemẽter.

Eſthe. 3 ¶ Pro eo qđ Mardocæus noluit adorare Aman, ita ille indignatus & impatiens fuit quod uiſus eſt procurare mortem eius, & omnium Iudæorũ.

Iob. 32. ¶ Vidẽs Elihu filius Barachel, quod amici ob diſputantes cum eo, nõ poterant eum conuincere, oſtendit multa ſigna impatientiæ uerbis ſuis.

Dan. 3 ¶ Audiens Nabuchodonoſor, qđ ſocij Danielis aureã ſtatuam quam fecerat, adorare nolebant, in ira & furore eos coram ſe aducit præcepit.

Mar. 2. ¶ Audiens Herodes natum eſſe regẽ

Iudæorum turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo.

¶ Diſcũbẽte Domino, in domo Matthæi, murmurabant Scribæ & Phariſæi, dicentes ad diſcipulos eius. Quare cũ peccatoribus & publicanis mãducatis? Luc: 5. Mat. 9. Mat. 2.

¶ Simile habetur, Lucæ. 15. Erant appropinquantes ad Ieſum pulicani & peccatores. &c.

¶ Item de Zachæo murmurabant dicentes. Quia ad hominem peccatorẽ diuertiſſet. Luc. 19

¶ Frater filij prodigi, audiens feſtũ, quod faciebat pater adoleſcentiori filio reuertenti, indignatus eſt, & nolebat introire. Luc. 19

¶ Vidẽtes prĩcipes ſacerdotũ & ſcribæ miracula quæ Dominus faciebat, & pueros clamantes. Hos anna filio Dauid, indignati ſunt &c. Mat. 21

¶ Phariſæi uidẽtes ſe ꝑ illũ cæcũ natũ, a Domino illuminatũ, ꝟbis efficacibus confutari, maledixerũt ei & dixerunt: Tu diſcipulus eius ſis, & in peccatis natus es totus, & doces nos? Ioan. 9.

Act. 6 ℭFactũ eſt murmur Græcorũ aduerſus Hebræos, eo q̃d deſpicerẽtur in miniſterio quotidião uiduæ eoꝵ. &c.

De puſillanimitate.

Gen. 19 CVm dixiſſent angeli ad Loth: In mõte saluũ te fac. Rñdit: nõ poſſum i mõte ſaluari, ne forte apprehẽdat me malũ. Et tũc peius ei accidit.

Exo. 14 ℭVidẽtes filij iſrael Aegyptios poſt ſe, timuerũt ualde, licet uidiſſent tot miracula facta ꝓ eis, poteſtate diuina

Exo. 20 ℭ Loquẽte Domino Moyſi in mõte, populus audiebat uoces, & lãpades, & ſonitũ buccinæ, mõtẽq; fumigãtẽ & ꝑterriti, ac pauore ꝑcuſſi ſteterũt ꝓcul, dicẽtes Moyſi: Loquer tu nobis, & audiemus. Nõ loquat nobis dñs,

Nu. 13. ne forte moriamur. ℭReuelatiõe fcã

& 14 de cõditiõibus terræ ꝓmiſſiõis, quæ habebat cultorẽ fortiſſimos & urbes grãdes atq; muratas, dixit turba: Vtinã mortui eſſemus i Aegypto: & dixerũt: Nũcij terruerũt nos. Sicut dicit

Nu. 22, Deu. 1. ℭVidẽs Balaac rex Moab oĩa q̃ fecerũt filij iſrael Amorrhæis, & q͂ timuiſſe populus eius, plus confiſus

eſt in uerbis, q̃ in armis, unde nũcios
miſit ad Balaam, ut ueniret & maledi
ceret filijs iſrael.
¶Exploratoribus, q̃ uenerãt ex parte Ioſu. 2
ioſue, dixit Rachab: Noui quod tradi
derit Dominus terram uobis, & iam
irruit in nos terror ueſter, & elangue
runt omnes habitatores terræ.
Poſtq̃ Achã tulerat de Anathemate Ioſue. 7
Hiericho fugauerũt filij Hai filios iſ-
rael, & corruerũt ex eis trigita ſex ho
mies, ꝑtimuitq́ cor ppl̄i, & iſtar aquæ
liq̃factũ ẽ: ioſue ꝟo ſcidit ueſtimẽta.
¶Gabaonitæ audientes cuncta, quæ Ioſue. 9
fecerat ioſue Hiericho & hai, timue-
runt, & uenientes ad ioſue, fecerunt
pactum, ad uoluntatem ipſius.
¶Cũ haberet Gedeõ in exercitu ſuo Iudic. 7
triginta duo milia hominum, clama
tũ fuit: Qui formidoloſus eſt, reuer-
tatur. Et reꝟſa ſunt ex populo uigin
ti duo millia hominum.
¶Saul & omnes iſraelitæ audientes 1. Reg.
ſermões Goliath Philiſtæi, ſingulare 17.
certamen petentis, ſtupebant nimis.
¶Cõgregauit Saul uniꝟſum iſrael, 1. R. 28

& ueit in Gelboe, & uidit Saul caſtra Philiſtijm, & timuit, & expauit cor eius nimis.

2. Pa. 13 ¶ Roboā rudis & corde Pauido, non potuit reſiſtere exercitui, quem Hieroboam congregauit contra eum.

Iudi. 15 ¶ Cū audiſſe exercitus Aſſyriorū Holofernem eſſe decollatū, fugit mēs & cōſilium ab eis, & ſolo tremore & metu agitati, fugæ præſidium ſumūt.

Eſai. 7. ¶ Nūciatum eſt domui Dauid, quod rex Iſrael, & rex Syriæ cōfœderati deberent contra Hieruſalem præliarij, & cōmotum eſt cor eius & cor populi eius, ſicut comouentur ligna ſyluarum a facie uenti.

Eſai. 24 ¶ Onus Tyri deſcribens Eſaias, dicebat: Formido & fouea, & laqus ſugte, qui habitator es terræ.

Hie. 38 ¶ Propheta Hieremia ex parte domini ꝓphetāte Hieruſalē capiēdā eē dixerūt principes populi Sedechiæ: Rogamus ut occidatur homo iſte, q tanſ q̄ pauidus & miſer reſpōdit eis: Ecce ipſe in manibus ueſtris eſt: Neqꝫ enī fas eſt regem uobis quicqā negare.

¶Darius rex Perſarum, ſtatuit d
conſilio Satraparum, quoddam cru: Dan. 6.
le decretum. Quod cũ tranſgreſſus eſ
ſet daniel, miſſus eſt in lacũ leonũ, &
tamẽ diſplicuit regi, ſed illis Satrapis
uiriliter contradicere non audebat.

¶Videns Iudas Machabæus quod re 1. Ma. 9
fluxerat exercitus ſuus, & bellum per
urgebat eum, confractus eſt corde, &
in bello illo cecidit. Nec legitur idem
Iudas alias ĩ bellis uel alibi timuiſſe.
Nicanor contraxit amicitias cũ Iuda 2. Mac.
Machabæo, qđ diſplicuit Antiocho 14.
regi, & mandauit nicanori, ut hic mit
teret ei iudam, q hoc inuite faciebat.
Sed tamen uolũtati regis reſiſtere, nõ
audebat. Vnde ſi potuiſſet, malam uo
luntatem regis implesset. Mat. 8.
Arguit Dñs puſilanimitatẽ diſcipulo
rũ, quia cõmotionem maris ipſo præ
ſente timebant, unde ait: Quid timidi Mat. 14
eſtis? modicæ fidei.

Ambulans ſupra mare Petrus, ue
niebat ad dñm. Vidẽs aũt uentũ uali
dũ timuit. videtes diſcipuli capi dñm Mat. 26
& ligari relicto eo fugerunt oẽs. Pe:

trus autem ſequebatur eum a longe, quia appropiare non audebat.

Mat. 26 ℭ Puſillāimis Petrus fuit nimis, qn̄ ad uocem unius ancille, Dominum poſt tantæ audatiæ uerba negauit.

Mar. 14 Similiter adoleſcēs ille amictus ſindone cum teneretur a miniſtris, maluit amittere ſindonē & nudus aufugere, quam ibi amplius remanere.

Ioan. 3. ℭ Puſillanimitas uidet fuiſſe in Nicodemo, qđ ipſe uenit ad ieſum nocte quaſi non uenire auderet de die.

Ioan. 9. ℭ Parētes illius cæci nati, a Domino illumiati rn̄derunt timidæ Phariſæis eo, qđ timebāt extra ſynagogā fieri.

Gen. 4. ℭ De fortitudine ad faciendū malū.

CAin fuit fortior q̄ Abel, qn̄ ſurrexit aduerſus eū, & īterfecit eū.

Gen. 14 ℭ Multū laborauerunt illi quatuor reges, qui poſt magnam ſtragē hominum debellauerunt regem Sodomorum cum cæteris, & Loth nepotē ſuū Abrahæ captiuum duxerunt.

Iudic. 9. ℭ Abimelech filius hieroboal fatigationē magnā ſuſtinuit, occidēdo. 70. fratres ſuos, & poſtea Sychimitas op

pugnādo:& deinde ſatis cito miſera
biliter occiſus.

¶Multis & magnis pīculis & labori 1.Reg.
b' Saul ſe expoſuit ad pſequēdū Da 18.19.
uid & nunq̄ ꝓpoſitū potuit obtinere. &.20.

¶Abſalon uolens expellere patrem 2.Re
ſuum de regno,grande negotium ar 15.18.
ripuit,& peſſime ei ſucceſſit.

¶Excogitando & bellando multū la 3.Reg
borabat Hieroboā, ad hoc quod po 12.
pulū iſrael poſſet a domo Dauit auer
tere,& auerſum retinere.

¶Terras multas pambulauit Holo iudit:
fernes & deuaſtauit,ut eas poſſet Do totum.
mini ſui imperio ſubiugare.Sed tan
dem una mulier decapitauit eū etiā,
anteq̄ propoſitum compleuiſſet.

¶Antiochus Epiphães multos labo 2.Ma.
res ſuſtinuit,ut cultū dei dſtrueret,in
iudæa,& tādē depauptatus & ꝯfuſus
aliēa terra miſerabili morte dfūct' ē

¶Non ſolum prudentiores, ſed etiā Luc.1.
potētiores ſūt filij huius ſeculi, filijs Mat.2.
lucis in generatiōe ſua frequēter.Nā
diſcipulis dormiētibus, iudas pcurā
do pditionē diu ſolicitus uigilabat.

Mat.28 ℂPrincipes ſacerdotum multa ſolicitudie & labore fatigati fuerũt ad hoc quod poſſent extinguere, & ad nihilũ redigere nomen Chriſti: corruperũt enim cuſtodes dominici ſepulchri ꝑ copioſam pecuniam quam dederunt ut dicerent eũ per eius diſcipulos fuiſſe furatum.

Act.3. & .4. ℂItem & diſcipulos eius nũc carceribus monuerunt, nũc ſermonibus arctauerunt, nunc uerberibus & contumelijs affecerunt, ut nõ loquerentur, nec docerent in nomine domini Ieſu.

Act.23. ℂCũ tribuus Lyſias uictũ detineret Paulũ, fuerunt amplius, q̃.40. Iudæi, qui uouerunt ſe non guſtaturos qcq̃ donec occiderẽt Paulũ, unde uolebãt ut produceretur in medium, ut eo miſſo ſtatim cum impetu occiderent.

De homicidio.

Gen. 4. Exo. 2. 1. Reg. 17. 20. 2. Re. 3. 1. Re. 2. GRauiter deus homicidium commiſſum a Cain puniuit, & tamẽ nondum erat ꝓhibitum aliqua lege ſcripta. Occidit Cain Abel fratrẽ ſuũ Moyſes Ægyptium: Dauid Goliath Ioab Abner & Amaſam Salomõ Ab

doniam, Ioab, & Semei: Herodes Ioã- Mar. 6.
nem Baptiſtã: Petrus Ananiam & Sa Act. 5.
phiram. Sed conſidera uarias inten-
tiones & cauſas. Voluit Dominus, ut
homo uehementer abhorreret homi
cidium: Vnde & ſanguinem cum car
ne comedi prohibuit. Geneſis nono.

¶ Homicida deberet reputari q̃ſi oc- Gen. 27
ciſus, unde dixit Rebecca: Cur utroq;
orbabor filio in ira dei? Quia ſi occi-
diſſet Eſau Iacob, utrũq; perdidiſſe fi-
lium reputabat.

¶ Si Zebee & Salamana fr̃es Gedeo Iudic. 8.
nis, non occidiſſent, nequaquam poſt
ab eodem occiſi eſſent.

Abimelech filius Hieroboal occidit Iudic. 9
ſeptuaginta fratres ſuos, ut ſolus poſ
ſet regnare. Sed ipſe ibi modico tem
pore dominatus fuit, multa mala ſu-
ſtinuit, & male uitam finiuit.

¶ Quia ſacerdos Abimelech cõfor 1. Reg.
tauit Dauid, fugiẽtẽ Saul, ipſi' Dauid 22.
ꝑſecutor Saul, occidit eũ cum alijs ſa
cerdotibus, mulieribus, & paruulis.

¶ Occidi fecit Dauid adoleſcentem, 2. Re. 1
qui dixit ſe Saul occidiſſe.

2. Reg. ℭ Itē fecit occdi Vriā p manū Ioab.
11. ℭ Abſalon inuitatum ad cōuiuiū fra-
2.R. 13 trē ſuum Amnon, ibidem occidit.
2.Re.7. ℭ Tantus eſt horror effundēdi huma-
3.Re.5. num ſanguinem, quod licet alias Da-
&.7. uid eſſet optimus, tamē noluit domi-
1.Pa.28 nus, ut ædificaret ei templum, ſed Sa-
lomō filius. Vnde dixit ei Dominus.
Nō ædificabis domū nomini meo, eo
ꝙ ſis uir bellator, & ſāguinē fudiſti.
3.Re.2. ℭ Quāuis Ioab fuerit miles ꝓbus in
armis, & dño ſuo ualde fidelis, Quia
tñ occidit duos uiros ꝓditorie, oēs ei'
gratiæ, quaſi ꝓ nihilo cōputatæ fue-
rūt. Vñ fecit eū occidi Salomō, lʒ tene-
3. Reg. ret cornu altaris. ℭ Procurāte ipſa Ie-
21. zabel, Nabot fuit crudeliter lapidat'
Cuius uindictam fecit Dominus.
4.Re.9. ℭ Nā ex præcepto Domini Iehu inter
fecit achab & iezabel homicidas quo
rum ſanguinem linxerunt canes.
1.pa.24 ℭ Rex Iuda Ioas, iuſſit Zachariā filiū
Ioiadæ ſacerdotis a populo lapidari,
cum tamen pater illius reſtituiſſet illi
regnum, & Athaliam occidiſſet. Sed
ultio paulo poſt ſecuta eſt.

¶ Duo ſenes preſbyteri, q mortē Su- Dan. 18
ſannæ nequiſſime cogitabant, conuin
cti per Danielē, a populo ſunt occiſi.
¶ Occidit Tryphō ionathā & duos 1. Mac.
filios eius. Cum tn̄ recepiſſet a Simōe 13.
cētū talēta argēti pro liberatiōe iona-
thæ, & duos eius filios ꝓ obſidibus.
¶ Ptolomæus filius Abobi fecit cōui 1. Mac.
uiū ſummo ſacerdoti & duobus filijs 16.
eius, & cum inebriati eſſent proditoꝛ
rie occidit eos.

¶ De ſtragibus hominum diuerſis.

Terribilis hominum & alioꝝ ani Gen. 7.
malium ſtrages fuit, quādo tē-
pore Noe, omnes homines, ꝑter octo,
diluuio perierunt.
¶ Illi quatuor reges, q debellauerūt Gen. 14.
quinq; reges, magnam cædem homi-
num fecerunt, ueniendo uſq; illuc, &
pugnando contra illos, licet eorum
numerus non ſit ſcriptus.
¶ Q d homines diuerſis plagis perie Exodi
rit i Aegypto, & ſubmerſi ſint i mari ꝑ totū.
rubro, numerus per ſcripturā nō pōt
ſciri, ſed debet maximus reputari. Nu. 1. 2
¶ De ſexcētis tribusmilibus hoium 14.

Deu. 11 bellatoꝝ, & quingẽtis qnquaginta a 20. ãnis & ſupra, q numerati ſũt, nullus intrauit ꝓmiſſionis terrã, exceptis Caleph, & Ioſue, ſed oẽs interierunt uarijs calamitatibus in deſerto.

Nu. 31. ℭMaximã cædem fecerunt filij Iſrael præcepto Moyſi de Madianitis, quod per prædam, quam rapuerunt poteſt deprehendi, quia triginta duo millia uirginum ſunt inuẽta. Omnes autem mulieres corruptæ, & maſculi fuerũt iugulati.

Ioſ. 6. 7 & 8. & infra. ℭTẽpore Ioſue in ĩgreſſu terræ Promiſſionis, tã in ciuitatibus, ꝙ in campis, fuit apud omnes homines infinitus numerus occiſorum.

Iudic. 4. 7. & 11 & 12. ℭTemporibus autẽ Delbore, & Gedeonis, & Hiephthe iudicum Iſrael, multi fuerũt occiſi, quãuis certus numerus non poſſit haberi.

Iudi. 20 ℭOccaſione uxoris Leuitæ, fuerunt occiſa pluſꝗ ſexagintaquinq; millia hominum bellatorum, præter mulieres & paruulos, qui omnes in tribu Beniamin perierunt.

1. Re. 4. ℭIn diebus Heli quando fuit capta

arca

arca domini, ceciderũt de iſrael trigin
ta millia peditum pugnatorum.

Saul q̃ Amalech deleuit, plurimos
ibi occidit. & poſtea iterfecto Goliath 1. Reg
Philiſtæo multi Philiſtæi fuerũt oc- 14.
ciſi. In morte Saul & filioꝝ eius, mul- 1. Reg.
ti de iſrael ceciderunt. 17.

Dauid de ſuis & de filijs Ammõ, & 1. Reg.
de philiſtæis multũ ſanguinẽ fudit. 31.
Sicut patet in diuerſis locis. &c. 2. Reg.

Pro peccato elationis Dauid, in nu- ꝑ totũ
meratione populi, ceciderunt ſeptua-
ginta millia uirorum. 2. Reg.
Cõgregatis. 32. regib', & nimia mul- 24.
titudine pugnatoꝝ, Benadab rex Sy-
riæ, bis fugatus ẽ ab Achab rege Iſrl' 3. Reg.
& ſecunda uice, centum millia pedi- 20.
tum ex parte Aſſyrioꝝ occiſa fuerũt.
Abia rex iuda, & exercitus eius, uul-
nerauerunt uno die de exercitu Iero-
boam quingenta millia uiroꝝ fortiũ. 2. pa. 13.
Aſa rex iuda, habuit in exercitu ſuo
quingẽta & octoginta millia uiroꝝ.
Aethiopes uero fuerunt decies cente- 2. pa. 14.
na millia, & ruerunt Æthiopes uſque
ad internitionẽ, quia Domino cædem

te contriti ſunt.
2.Pa.28 ¶Rex Iſrael Phacee filius Romeliæ occidit de Iuda centum uiginti millia uirorum bellatorum die una, eo qđ dereliquiſſent dominum.
4.R.18 Quādo Salmanaſſar cepit Samariam & tranſtulit filios Iſrael in Aſſyrios.
Hie.39. Et quādo Nabuchodonoſor cepit Hierusalem, & captiuauit regem iuda, ſatis eſt ueriſimile multos homies corruiſſe, licet numerus non ſit certus.
Eſthe. 9 Occaſione ſuꝑbi & crudelis Amā, qui propter ſolum Mardochæum uoluit cæteros iugulare Iudæos, occiderunt iudæi in regnū Ahaſueri ſeptuaginta quinq; millia hominum, quos ſuos reputabant inimicos.
1. Mac. 11. Miſit ionathas demetrio apud Antiochiam tria millia uirorum in auxiliū cotnra illos de ciuitate, qui uolebant demetriū occidere, & occiſa ſunt una die ð Antiochænis cētū millia hoium
2. Ma.5 Tanta cædes hominū fuit in Hierusalē, quādo Antiochus Epiphāes eā cepit, qđ toto triduo fuerūt iterfecti octoginta millia hominū, & quadra-

gita millia uincti nō minus uenūdati

Aduerſus Galatas, ſex millia ſoli, 2. Ma. 8
peremerunt centū uinginti millia, ꝓ
pter auxilium illis datū de cœlo, &c.

Præter prælia quæ commiſit Iudas 2. Mac.
Machabæus, contra Appolonium &
contra Seron principem exercitus Sy
riæ, de quibus agitur. 1. Machabæoꝝ
3. Legit ipſe Machabeus duodecim
ſpecialiter habuiſſe conflictus; uideli-
cet, ab octauo cap. 2. libri uſq; in finē
In quorum primo occiderunt ſuper
nouem millia hominum de illis qui
erant cum Nicanore. Eodē

Deinde ſuper uiginti millia cū Ti-
motheo & Bacchide. 2. Mac.
Poſtea uero de Idumæis uigintiquīq; 10.
millia. Iteꝝ de Idumæis in duabus tur Eodē
ribus munitis plusq̄ uiginti millia.

Conſequenter cum Timotheo ui- Eodē
ginti millia qngenti & equites ſexcē
ti. Itē undecim millia peditum cū Ly 2. Mac.
ſia, & equitum mille ſexcenti. 11.

Poſtea īnumerabiles cædes in quo 2. Mac.
dam præſidio Timothei. 12.

Item cū Timotheo triginta millia Eodē

Deinde uigintiquinq; millia i Caꝛ mon fortiſſima ciuitate.

Eodē Item in alia ciuitate nomīe Ephrō totidem. ℭ Poſt in caſtris Antiochi

Eodē Eupatorijs interfecit quatuordecim millia. Tandē occiſus Nicanor cū tri

2. Mac. gītaquinq; milibus pugnatoꝝ. Sum

13. ma omnium, ducenta & triginta ſex

2. Mac. millia hominum & ſeptingenti præ

15 ter illos, qui quādoq; de Iudæ exerci tu ceciderunt.

Itē exceptis illis, qui in diuerſis mu

1. Ma. 9 nitiōibus & prælijs occubuerūt, quo rū certus numerus non habetur. Nō computantur etiam hic q in ultimo Iudæ bello contra Bachidē & Alchi num mortui ſunt, ubi factū ē præliū a mane uſq; ad ueſperam, ubi etiā di citur quod Iudas cecidit, & cæteri fu gierūt.

ℭ De abſtinētia & ſobrietate.

Gen. 2. PRæcepit dominus Adam dicens. Ex omni ligno paradyſi comede, de ligno ſcientiæ boni & mali ne co medas. In quo abſtinentia commen datur, dum non omni cibo uoluit ho

minem uti in paradiſo.

Moyſes bis fuit in mõte cũ Domi- Exo. 24
ne.40. diebus &.40. noctibus, & non &. 34.
manducauit nec bibit. Abſtinẽtia.n.
bona diſpoſitio eſt ad percipiẽdas re
uelationes diuinas, & homo refectus
diuina conſolatione, ſolet corporales
delitias abhorrere.

Filijs Iſrael præcepit dominus a mul Leu. 11.
tis cibis abſtinere.

Vir ſiue mulier cum uotum fecerit Num. 6.
ut ſanctificarẽtur, & ſe uoluerint Do
mino cõſecrare, a uino & omni eo qđ
inebriare poteſt abſtinebunt.

Vxori Manue liberatorem populi Iudi. 13
cõcepturæ, angelus apparens abſtinẽ
tiam indixit.

Filij iſrael primo, & ſecundo a filijs Iu di. 20
Beniamin percuſſi fuerunt, poſtea fle
uerunt corã Domino, & ieiunauerunt
die illo, & ſic præualuerunt in illos.

Populus iſrael erat ĩ caſtris eſuriẽs, 1. Reg.
& erat mel p̃ agrum & nullus come- 14.
dit đ eo, niſi Ionathas fili' Saul q̃ ñ au
dierat cũ adiurarẽt pr̃ populũ ne come
deret. Et tñ uoluit eũ pr̃ interficere.

2. Reg. Cum deſideraſſet dauid aquā de ci
23. ſterna Bethlehem allatam, poſtea no-
luit bibere, q̃a nimis auide ↄcupierat
illā. ¶ Sub eli Sacerdote bis d̃bellati
3. Reg. fũt filij Iſrael a Philiſtæis, & arca dñi
4. & 7. capta eſt. Sed poſtea ſub Samuele ieiu
nauerũt, & uictoria ſunt potiti.
¶ Vxor Hieroboam uadens ad Ahiā
3. Reg. prophetam, tulit decem panes, & uas
14. mellis: non fit ibi mẽtio de carnibus,
quia ſupponebat prophetam non ue
ſci talibus cibis.
3. Reg. Tenuis uictus ſufficiebat Heliæ, q̃
17. petijt a uidua Sareptana paululum
aquæ, & buccellam panis.
3. Reg. ¶ Notabile eſt, quod Heliā pauerun
17. 19. corui carnibus bis in die. 3. Reg. 17.
Sed angelus Domini oſtẽdit ei panẽ,
& uas aquæ ſemel tantum.
3. Reg. ¶ Audiens Achab cõminationẽ ſibi
21. factam a Domino per Heliā prophe-
tam, poſt occiſionem Naboth, operuit
cilicio carnem ſuam, ieiunauitque &
dormiuit in ſacco, & ambulabat de-
miſſo capite: propter quod Dominus
illam quam comminatus fuerat, tem

perauit pœnam.

Congregati ſunt filij Moab & filij 2.pa.20
Ammon, & cum eis de Ammonitis,
ut pugnarent contra Ioſaphat regem
Iuda. Quod ille audiens totum ſe cõ
tulit ad rogandũ dñm, & p̃dicauit ie
niũ in uniuerſa Iuda. Sequit: ꝙ uicto
riã obtinuit. ℭ Eſdras p̃dicauit ieiun
um, & fecit ꝙ oẽs affligerẽt aĩas ſuas, 1.Eſd.8
quia petierant a domino, ut uiam re-
ctam & proſperã daret eis. Sequitur.
Ieiunauimus & rogauimus dominũ,
pro hoc, & euenit nobis proſpere.
ℭ Rogaturus Neemias Artaxerxẽ re Nee.1
gem pro ciuitate ſancta, ut muri eius
poſsent reparari, dicit de ſeipſo: Ieiu-
nabam & orabã ante faciem dei cœli.
ℭ Cõuenerunt filij Iſrael in ieiunijs, Nee.9.
& i ſaccis, & humo ſuper eos, &c. Et &.15.
ſteteruut & confitebãtur peccata ſua
& legerunt in uolumine legis.

Cum eſſet factum prandium bonũ Tob.2.
in domo Tobiæ, & audiens Tobias
unum de filijs iſrael iugulatum iace-
re in platea relinquens prandium ie-
iunus uenit ad corpus.

Tob. 9. &.12. De tobia iuniori & ſocero eius ac cæ-
teris amicis dicitur. Cum timore do
mini conuiuia nuptiarum exercebāt.
Angelus etiā poſtea dicit utriq; To-
biæ: Bona eſt oratio cū ieiunio & ele
emoſyna.

Iudit. 4. Audientes filij iſrael terribilem po
tentiam Holofernis, humiliauerunt
animas ſuas in ieiunijs.

Iudit. 8. De iudith etiā dicit. Qd ieiunabat oī
bus diebus uitæ ſuæ, præter Sabbata
& feſta & Neomenias domus iſrael.

Eſthe. Alloquutura regem Ahaſuerū, di
xit Eſther Mardochæo. Cógrega oēs
Iudæos, quos in Suſis reperies, & ora
te pro me, non comedatis & nō biba
tis tribus diebus & tribus noctibus
ego cū ancillis meis ſimil'r ieiunabo

Hie. 35. Cōmendatur a Domino abſtinētia
Rechabitarū, quia noluerunt bibere
uinū, ſicut præceperat eis pater eorū.

Baru. 1. Baruch legit uerba libri ſui ad aures
Iechoniæ filij Ioachim regis Iuda, &
ad aures populi uniuerſi, qui audien-
tes plorabant & ieiunabant, & orabāt
in conſpectu Domini.

Duram diatã impoſuit Dominus Ezechieli ꝓphetæ, dicens: Sume tibi frumentum, & hordeum, & fabã, & lẽtem, & milium, & uitiam &c. Ezec. 4.

Propoſuit Daniel i corde ſuo, ne pol lueretur de mẽſa regis. Sequitur: pueris illis dedit Dominus ſciẽtiam & diſciplinam &c. Dan. 1.

De ſeipſo loquẽs Daniel ait: Poſui faciem meam ad dominum deum, rogans & deprecans in ieiunis, ſacco, & cinere: Et tunc percepit ſpecialem reuelationẽ de incarnatione, de paſſione, & occiſione Chriſti &c. Dan. 9.

Daniel per tres hebdomadas panẽ deſiderabilem non comedit, & caro & uinum non introierunt in os eius, & tunc mirabilẽ oñdit ei dñs uiſionem. Dan. 10
Gregorius in Omilia pentecoſtes dixit, ꝙ ſpiritus ſanctus abſtinentẽ impleuit pueꝝ & prophetam iudicẽ ſenum fecit, ſicut apparet dan. 10.

Panẽ & pulmentũ miſit dominus per prophetã Abachuc danieli poſito in lacu leonum, nõ carnes, aut alia cibaria delicata. Dan. 14

2. Ma.6 ¶ Eleazarus uir ætate prouectus, maluit occidi crudeli morte, quā carnes porcinas contra legem mādu care, uel etiam ſimulare ſe comediſse.

1. Ma.7 ¶ Contigit ſeptem fratres cū matre eoꝝ compelli a rege, carnes porcinas ꝯtra legē māducare: illi uero magis elegerūt crudeliſſima tormēta ſuſtinerē

Matt.3. ¶ De beato Ioāne Baptiſta dicitur, ꝙ eius eſca erat locuſtę & mel ſylueſtre

Mat.11 ¶ Multam abſtinētiam in cibo & potu dicebatur facere, quaſi nō manducans nec bibens ſcilicet, Ioannes.

Luc:2. Anna prophetiſſa filia Phanuel, inter cætera cōmendatur, qđ non diſcedebat ex templo, ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens die ac nocte.

Mat.4 ¶ Saluator noſter poſt baptiſmū, ſtatim ductus eſt in deſertū, & ibi ieiunauit donec eſuriret. Cōtra illos q ieiunāt cū fœditate ꝯſcientiæ, uel qui nolūt tpe ieiunij eſuriem ſuſtinere.
Luc.4.

Luc. 5. ¶ Ad cōmendandam ſobrietatē, quæ eſt in eſu piſciū, & i abſtinētia a carnibus, multū facit, quod Dominus in euāgelio pluries multiplicauit piſces

non carnes. Vnde ad præceptum Domini concluſerunt diſcipuli multitudinē piſciū copioſam. ¶ Præterea panes & piſces bis multiplicaſſe legitur Mar. 6.
nūq carnes. De qnq; panibus & duobus piſcibus. Mar. 6. Luc. 9. Itē de eo Luc. 9.
dē Ioā. 6. de. 7. panibus & paucis piſciculis ab ipſo dño multiplicatis habet Mat. 15. Mar. 8. Poſt reſurrectionē ēt ſeptē diſcipulis piſcātibus & n̄ Ioan. 6.
predētib', māifeſtaiut ſe Saluator dicēs: Mittite i dxterā nauigij rete, & inuēietis. Seqt̄. q extraxerūt rete plenū Iuā. 21.
magnis piſcibus & de piſcibus illis; dedit dn̄s diſcipl'is ſuis. Populo autē Iudaico tāq carnali & de carne curāti dedit de' carnes ad ueſcēdū, licet i ma Exo. 16
lū ipſius. ¶ Multū ualet abſtinētia, ad hoc, q hō poſſit uigilare facili', & orare. Nam poſt cœnā increpauit Dominus diſcipulos ſuos, dicens: Nō poteſtis una hora uigilare mecum? Mat. 26 Mar. 14 Luc. 22
Saluator noſter, cuius actio, ē noſtra inſtructio nunquā legit carnes come diſſe, niſi d agno Paſchali. de piſce ue ro, ſibi allato ad māducādū, comedit. Luc. 24 Ioā. 21.

ieiunationibus, cōmendauerunt eos Domino, in quem crediderunt.

De gula & ebrietate.

PRimum hominis peccatum, uitio gulæ fuit completum. Gen. 3.

Noe bibens uinū inebriatus & nudatus eſt in tabernaculo ſuo. Gen. 9.

Loth inebriatus inceſtum cum ꝓprijs filiabus commiſit &c. Gen. 19

Eſau ꝓ lentis eduſio uendidit primogenita ſua. Prima tētatio filiorum Iſrael fuit de potu: ſecūda de cibo. Et poſtea ſimili occaſiōe multoties peccauerūt. Gen. 25 Exo. 15 16. 17.

Sedit populus mādúcare & bibere & cœperunt ludere.

Dixit Dominus ad Aaron, uinū & omne quod inebriare poteſt, non bibes tu & filij tui quando intrabitis in tabernaculū teſtimōij, ne moriamini. Exo. 32 Leu. 10

Quicūq; fecerat uotum in lege, & ſe uolebat Domino conſecrare, a uino & ab omni eo quod inebriare poterat, abſtinere debebat. Num. 6

Flagrauit populus deſiderio carniū, ſedens & flens, & ait. Quis dabit nobis ad ueſcendum carnes &c. Nu. 11.

Iudic.7. In trecentis uiris, qui ad aquas lambuerunt, & moderate biberũt, liberauit Dominus iſrael de manu Madiã.

Iudic. 9 In epulis fiunt homines audaciores & loquatiores.

Inter epulas & pocula, maledicebãt Abimelech.

Iudi. 16 Epulantibus Philiſtæis & lætantibus domus cecidit ſuper eos.

1.Re.2. Nolebãt filij Eli carnes coctas ab offerentibus accipere: ſed crudas, ut eas ſibi lautius præpararent.

1. Reg. 14. Comedit ionathas modicũ melis. cõtra inhibitionẽ patris, & ideo occiſus a pr̃e fuiſſet, niſi pp̃ľus occurriſſz.

1. Reg. 14. Ammon filius Dauid in conuiuio Abſalon temulentus, fuit occiſus.

3. R.20 Benadab rex Syriæ temulentus, in tabernaculo ſuo habebat maximam multitudinem bellatoꝝ, & tñ uictus fuit, & fugatus ꝑ pueros pricipũ prouinciaꝝ.

Nee.9. Comederũt & ſaturati ſunt, impinguati & abundauerunt delicijs in bonitate tua magna, prouocauerũt autem te ad iracundiam.

9.Eſd.3 Præualet uinum oĩbus hominibus

qui bibunt illud, ſeducit mētē, itēq; regis, & orphani facit mentem uanā
Holofernes bibit uinum multum ni Iudi. 12 mis, quantū nunq̄ biberat, in uita ſua. &. 13
Et poſt pauca ſequitur: Erat Iudith ſo la in cubiculo. Porro Holofernes iace bat in lecto nimia ebrietate ſopitus. Quo facto Iudith habuit oportunita tem occidēdi eū. ¶ Egreſſus eſt Amā Eſth. 5.
a ꝯuiuio Reginæ lætus & alacer, ſed ī 6. & .7.
craſtino fuit triſtis & ꝯfuſus cū decē filijs ſuis patibulo crucis affixus.
¶ Nouerat Iob multa in cōuiuijs pec Iob. 1.
cata, Idcirco poſtquā epulati fuerant filij eius, conſurgēs diluculo, offerre bat holocauſta per ſingulos.

Pro tēpore illo, quo d̄bebat deſtrui Eſa. 2.
Hieruſalē dicitur. Vocauit Dominus ad fletū & plāctū, & ecce gaudiū & læ titia. Occide uitulos, iugulaꝛ arietes, comedere carnes, & bibere uinū. Co medam' & bibam' cras. n. moriemur.
Sacerdos & propheta neſcierūt, præ Eſa. 28
ebrietate abſorpti ſunt a uino errauerunt in ebrietate. Omnes enim mēſæ repletæ ſunt uomituque ſordiū &c.

1. Mac. ¶ Ptolomæus filius Abobi, fecit con
15. uiuium Symoni ſacerdoti, & duobus filijs eius & cum inebriati eſſent, occidit eos.

Mat. 4. In tētatione Domini ſecūdū. Matth
Mat. 1 & Luc. legitur. Si filius Dei es, dic, ut
Luc. 4 lapides iſti panes fiant &c.

Mat. 14 Herodes natalis ſui cœnam fecit,
Mat. 6. filia uero Herodiadis, ibi ſaltauit, & Herodi, ſimulq; recūbētibus placuit. & hac occaſiōe decollatus eſt Ioānes Baptiſta, ad petitionē illi' ſaltatricis.

Spiritus immūdi loca immūda di
Luc. 8 ligūt. Unde dæmoniacus ille, qui habebat legionem ī corpore, habitabat ī monumētis, & dæmōes illi, rogabāt dñm Ieſum, ut exeūtes immiterent in porcos, nō ī boues uel agnos, q̄ ſunt mūda aīalia mūdo ueſcentes cibo.

Luc. 16 Contra edaces & comeſſationibus uacantes, multum ualet exemplū diuitis epulonis, qui conquerebatur ſe pati in lingua ſpecialem cruciatum.

De Matrimonio.

Gen. 2. QUod uxor debeat eēt uiro ſuo ſocia & æqualis quo ad multa

non

nõ dña, uel ãcilla, patet ꝑ hoc, ꝙ Euã formauit Dñs de coſta Adæ, nõ de capite uel de pede. Itẽ patet, ꝙ uir ẽ caput uxoris, q̃a fuit ei quodãmodo prĩcipiũ eſſendi: & facta eſt mulier de uiro ſuo, nõ uir de mulierẽ. Debet eẽ uir magr̃ & doctor, vñ ꝓceptũ a deo fuit datum Adæ, & per Adam Euæ.

Quod unus uir, unam tãtum uxorẽ habere debet, ſic Dominus dicens, ait: Erunt duo in carne una. Eodẽ

¶ Ante diluuiũ, ſolus Lamech duas uxores legitur habuiſſe. Gen. 4

In Archa Noe tot uiros, quot fœminas iuſſit Dominus reſeruari, ut uidelicet eſſet unica unici. Gen. 7.

Ægyptij tẽpore Abrahæ plus abominari uidebantur adulterium, q̃ homicidium, unde timebat Abrahã ne eum occiderent, & poſtmodum Sarai uxorem ſuã Pharaoni offerent quaſi nollet eam cognoſcere, quamdiu crederetur maritum habere. Gen. 12. Gen. 18

¶ Sara uxor Abrahæ, obediebat marito, & dominum eum uocabat. 1. pet. 3 Gen. 12

Propter Sarai uxorem Abrahã fla & 20

gellauit dominus Pharaōem, plagis maximis.

Abimelech dominus per ſomniū minando exterruit.

Gen.21 Item etiam Abraham, illius uotis condeſcendebat interdum.

Gen.24 Cōſēſus exigitur ad matrimoniū. Vocemus puellam, & quæramus ipſius uoluntatem, dixerūt frater & mater Rebecchæ.

Leu.24 Ille blaſphemus q fuit lapidatus ī deſerto fuit filius mulieris iſraelitidis de uiro Aegyptio generatus. Per qđ haberi poteſt, quod nō expedit de diuerſis ritibus matrimonia copulare, quia liberi inde nati, male imbuūtur.

Iudi.14 Secretū quod Samſon parentibus ſuis dicere noluit: Vxor eius extorſit ab eo in damnum ipſius.

1.Re.1 Dixit Helcana ad Annam: Nūquid ego melior ſum tibi, q̃ decem filij?

1.Reg. 25 Nabal durus & peſſimus & malitioſus habuit uxorē Abigail, quæ erat prudentiſſima, & ſpecioſa.

2.Reg. 11 ¶ Quāuis hr̃et Dauid multas uxores tñ adulteriū cū Bathſaba commiſit:

Nõ fuit alter talis ſicut Achab qui uenundatus eſt, ut faceret malum in conſpectu domini cęcitauit enim eũ Iezabel uxor ſua, & abominabilis factus eſt in tantũ, ut ſequeretur Idola. 3. Reg. 21

Ioram rex Iuda, fecit malum corã Domino & ambulauit i uijs Achab: & ſubdit cauſa huius. Filia. n. Achab erat uxor ei' Filij trãſmigratiõis, q du xerũt uxores alienigenas ſcd'm mãda tum Eſdræ, dimiſerunt eas. 4. Re. 8 2. Pa. 21 Eſd. 10

Vidẽs Neemias iudæos ducẽtes uxo res aliẽigẽas, obiurgauit eos, & male dixit, & ꝟberauit aliquos, & d̃calcauit Nee. 13

Sara filia Raguelis, dicebat in orõne ſua: Virũ aũt domine in timore tuo, nõ cũ libidine mea, conſenſi ſuſcipe. Tob. 3

Dixit angelus Tobiæ, i eos, q ꝯiugiũ ita ſuſcipiũt, ut deũ a ſe & a ſua mẽte excludãt, & ſuæ libidini, ita uacent ſi cut equus & mulus, hꝫ poteſtatem demonium. Tob. 6 Eodem

Honeſtã cauſam dicendi uxorẽ ex poſuit angelus Tobiæ: Accipies uir ginem cũ timore domini, & amore fi liorum magis, ꝗ̃ libidine ductus.

Tob. 8. ℂ Prima nocte, quādo introductus ē Tobias iunior cū uxore, hortatus eſt uirginem, dicēs ei: Sara exurge, & deprecemur deum hodie & cras & ſecūdo cras, q̄a iſtis tribus noctibus deo iungimur. Tertia autem nocte trāſacta, in noſtro erimus coniugio.

Tob. 10 ℂ Parētes Saræ monuerunt eam, honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiam, gubernarē domum, & ſeipſam irrep̄hēſibilē exhibere. Mulieres trāſlatæ de terra iuda i Ægyptū

Hie. 44. q̄ ſacrificabāt reginæ cœli, excuſabāt ſe p̄ uiros ſuos, qui ſimilia faciebāt.

Pro ſeruanda fide matrimonij Suſan

Dan. 13 na expoſuit ſe morti, & infamiæ: niſi ei per Danielē iuſtus dn̄s prouidiſſet.

Mat. 14 ℂ Ioānes Baptiſta fuit decollatus, q̄a

Mar. 16 Herodem de adulterio arguebat.

Mat. 9. ℂ Querentibus Phariſæis: Si liceret

Mar. 10 homini dimittere uxorem quacunq; de cauſa, Dixit Dn̄s. Quos deus coniunxít, homo non ſeparet.

Luc. 14 ℂ Item ad illos, qui ad cœnā magnā uocati fuerunt, & nō iuerunt, ille qui uxorem duxit, nō rogauit, ſe excuſa-

tũ haberi ſedit ait. Nõ poſſum uenire. Quia ſtatus ille hominem uehemen ter allicit, & ſæpe retrahit a diuinis.

¶ Saluator noſter conuiuio nuptiarũ non dedignatus eſt inteteſſe. Ioan. 2.

¶ Ananias uxore ſua ꝯſcia Saphyra, fraudem fecit de pretio agri uenditi, ſed ambo grauiſſime ſunt puniti. Act. 5.

Quantum ad actum coniungalẽ, ad paria, uel ſimilia iudicat Apoſtolus uirum & uxorem, Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed uir. Similiter autem, & uir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. 1. Co. 7

De caſtitate.

Quamdiu primi parentes in paradyſo fuerũt, uirgines extiterunt, ſed ipſis eiectis dicit̃. Adã cognouit Euam uxorem ſuam. Gen. 4.

Cum Sichẽ uiolaſſet Dynã filiam Iacob, fratres eius irati ſunt ualde: eo quod fœdam rem operatus eſſet in iſrael, & uiolata filia Iacob, rem illicitã ꝑpetraſſet. Tãdẽ & uiolatorẽ & patrẽ eius, & eoꝝ populũ occiderunt. Gen. 34.

¶ Nota quod hoc fuit ante legẽ ſcri

ptam ſub lege naturæ, quantum ergo
ſub lege gratiæ uirginitas honorari
Gen. 38 debet: & ſtuprū puniri? ¶ Iudas qui
caſtus nō erat, deteſtatus eſt fornica-
Gen. 39 tionem Thamar. ¶ Quāuis ioſeph
eēt ſeruus emptitius & elegantis for-
mæ iuuenis, ſine uxore. Tamē ſolicita-
tus a Dña ſua recuſauit ſtuprū, & ma-
luit offendere eā & in carcerē trudi,
Nu. 31. q̃ pdere caſtitatē. ¶ Poſt debellatio-
nē Madianitarū factā p̱ Phinees & a-
lios pugnatores, iuſſit Moyſes mulie-
res corruptas iugulari, & uirgines re-
1. Reg. ſeruari. ¶ Mūdi eē debebāt, maxime
21. a mulieribus, q panes ſacerdotales co-
4. Re. 4. medebāt. ¶ Quādo mulier Sunami-
tis hoſpita Eliſei, uolebat ei loqui, mit-
tebat ad eam Eliſeus puerum ſuum,
quaſi uitās colloquia mulierum.
Tob. 3. Sara in oratiōe dicebat. Tu ſcis, Do-
mine, quia nūquam concupiui. uirū,
& mundam ſeruaui animā meam ob
Iudit. 8. omni concupiſcentia.
Mortuo uiro ſuo Iudith alium ne-
ſciuit, & ſemper caſtitatem amauit.
Sed nota quid faciebat, quia cū puel-

lis ſuis clauſa manebat, uel morabā;
tur, & habēs ciliciū ſup lūbos ſuos, ie
iunabat oib⁹ diebus uitæ ſuæ, ꝑter Sab
bata & Neomenias & feſta dom' iſrł.

¶ Suſanna grauiter pulſata fuit ab il Dan. 13
lis ſenibus, ſed ſuæ caſtitati, nec famā
nec uitam præponendā eſſe putauit.

¶ Ad hæc nullus de ſola caſtitate cō Mat. 25
fidat, Secundum id, quod de uirgini;
bus euangelicis ſcribitur, Tot enim
fuernnt fatuæ, quod prudentes.

¶ Beata uirgo ab angelo uenerabili; Luc. 1
ter ſalutata nō eſt oblita uoti & ꝓpo;
ſitæ caſtitatis, licet angelus ꝓmitteret
ei quod ex ea filius altisſimi naſcereť.

Per hoc quod Saluator dixit, ꝙ i il Mat. 22
lo ſeculo neqꝫ nubent, neqꝫ nubentur Luc. 20
uidetur ꝙ uirgines illi uitæ beatæ, ſpe
cialiter appropinquant.

Caſtitatis iargumētum fuit in bea Act. 6
to Stephano, quia ipſe ab Apoſtolis
fuit deputatus ad miniſterium uel cu
ſtodiam mulierum.

De Luxuria, & incontinentia.

PEccatum carnis præcipua uidetur Gen. 6
fuisſe cauſa, ꝓpter quā dominus

diluuio deleuerit mundum, dicitur enim: Omnis quippe caro corruperat uiam ſuam.

Gen. 18 & 19. Adeo infecerat peſſimum Luxuriæ uitium. Sodomam, & Gomorrhā, ut clamor ijerit ad dominum, & decem iuſti non ſint inuenti in eis: Qui etiā angeli, qui miſſi fuerant, ut probarēt an clamorem opere compleſſent ad ſtuprum uiolenter impetebātur. Vñ merito igne, & ſulphure ciuitates illę couſumptę ſunt.

Gen. 34 Nota, quot & quāta mala euenerint ꝑ ardenti amore Sychem filij Emor, qui uiolenter Dynam oppreſſit.

Gen. 38 ℭ Luxurioſi quādoq; luxuriā in alijs deteſtan tur. Vt patet de Iuda, qui dixit de Thamar. Producite eam, ut cō-

Iud. 19. & 20 burat. ℭ Occaſione uxoris Leuitæ a uiris Belial in Gabaa Beniamin, incredibili libidinis furore uexāte occiſæ ſunt pluſq̄ ſexagintaquinq; millia ho-

2. Re. 3. & 4. minū. Isboſeth filius Saul redarguit Aabner q̄ igreſſus fuerat ad ꝯcubinā pr̄is ſui. Abner aūt iratus ſuper hoc, procurauit ei auferre terram, & cito

poſt, amiſit uterq; uitam & patriam.

Dauid captus amore Bathſaba uxo- 2. R. 11
ris Vriæ, cum illa adulterium commi-
ſit, & cum proditione homicidiũ per-
petrauit.

❡ Amnon filius Dauid Tha- 3. R. 12
mar ſororẽ ſuã oppreſſit ꝓpter ꝙ po-
ſtea occiſus fuit. Deteſtabilẽ luxuriã
cõmiſit Abſalõ cũ ꝯcubia patris ſui, 2. Reg.
& cito poſtea occiſus eſt. 16. 18.

Adamauit Salomõ mulieres alie-
nas: & deprauatũ eſt cor eius per eas 3. R. 11
& adorauit deos alienos.

Dixit angelus Tobiæ iuniori: In eos
qui coniugium ita ſuſcipiunt, ut deũ Tob. 6.
a ſe & a mente ſua excludãt, & ſuæ li-
bidini ita uacẽt, ſicut equus & mulus
habet poteſtatem dæmonium. Quid
ergo eſt de fornicatoribus, qui nihil
aliud intendunt, niſi fœdam ſuam ex-
plere libidinem.

❡ Stetit iudith ante faciẽ Holofernis, Iudi. 12
concuſſum erat cor, ardens in ipſius
concupiſcentia.

❡ Duo ſenes præsbyteri ita fuerunt Dan. 13
amorẽ Suſannæ decepti, ꝙ quãdo illa

uoluntatem eorum facere recuſauit; mortem illius procurare conati ſunt.

2.Ma.6. ¶Tempore Antiochi Templũ luxuria & comeſſationibus gentium erat plenum,& ſcortantium cum meretricibus,ſacratiſq; ædibus mulieres ultro ſe ingerebant &c.

Mat.14. Mat.6. ¶Occaſione Herodiadis,quam cõtra legem du erat Herodes,Ioannes Bapiſta decollatus fuit, ad inſtantiam peccatricis mulieris.

Mat.8. Luc.8. ¶Spũs imundi loca immũda diligũt unde rogauerũt dñm Ieſum ut pmitteret eos itrare in porcos,nõ in boues uel agnos quæ ſunt animalia mũda.

Luc.14. ¶Inter illos,q uocati ſunt ad magnã cœnam nec iuerunt,ille qui uxorẽ duxit,non petijt ſe excuſatũ haberi ſed ait,Uxorem duxi,ideo nõ poſſum uenire Per quod patere poteſt, q̃ longe ſunt a cœna Domini luxurioſi homines & immũdi,ſi ducere uxorem, ita hominem implicat & inuoluit, quod quaſi nihil aliud cogitare ſinit.

Luc.15 ¶Exemplũ filij prodigi,qui diſſipauit ſubſtantiã ſuã,uiuẽdo luxurioſe,

patet: Quod id peccatũ depaupat. Vñ dicit: Cœpit eger. Itẽ uilificat naturã, Seqtur: Quod ipſe paſcebat porcos &c.

Item nõ extinguit ardorem libidinis, ſed accẽdit; dicitur enim ibi Cupiebat implere uentrẽ ſuum de ſiliquis, quos porci manducabant. &c.

De incau. aſpectu.

PRia mulier uiſo ligni uetiti fructu pulchro, tulit de illo, & comedit. Gen. 3.

Pulchritudo uiſa mulierũ, fuit occaſio multorum malorum, uidẽtes filij filias hominum quod eſſent pulchræ &c. Gen. 6.

Ex eo qđ Chã filius Noe uidit uerẽda pñs, & ipm nudatũ eſſe, fratribus nũciauit, maledictionẽ patris incurrit. Gen. 9.

¶ Abraham dixit uxori ſuæ Sarai: Noui quod pulchra ſis mulier, & cũ uiderint te Aegyptii interficiẽt me: & te reſeruabunt. Gen. 12

Volẽs uidere regiõis mulieres Dyna, ipſa uiſa corrupta fuit. Gen. 34

Iudas uidit Thamar in biuio, & cũ ea peccauit. Gen. 38

Domina cui ſeruiebat Ioſeph, oculos in eum inieçit. Gen. 39

Exo.19 Dixit dominus ad Moyſen: Conteſtare populum, ne forte uelit tranſcendere terminos ad uidendũ dñm &c.

2. Reg. 11. Vidit dauid de ſolario ſuo mulierẽ lauantem ſe ex aduerſo, & tulit eam, & poſt uirũ illius doloſe fecit occidi.

iudi. 10 & 16. Cum intraſſet iudith ante faciẽ Holofernis ſtatim captus eſt ille ĩ oculis ſuis. Vnde dicitur eiuſdẽ cap. 16. Sandalia eius rapuerũt oculos eius, pulchritudo eius, captiuã fecit aĩam eius

Dan. 13 Videbant duo ſenes Suſannã quotidie ingredientem & de ambulantẽ, & exarſerunt in ꝯcupiſcentiam eius.

Mar. 14 Mar. 6. Quia filia Herodiadis ſaltãdo placuit Herodi, ipſe ei ſtulte promiſit, ꝙ crudeliter impleuit.

De Silentio & loquacitate.

Gen. 2. PRæceptum dedit dominus Adæ, non Euæ ut mulier haberet minorem occaſionem loquendi, ſed potius interrogandi a uiro & diſcendi.

Gen. 3. Eua prius legitur cum ſerpẽte, q̃ cũ uiro habuiſſe colloquium, quod ſibi & poſteris damnoſum fuit. ibidem nota q̃ male repetijt mãdatũ domini

homini datum.

Cham filius Noe, cũ uidiſſet' uerẽ da patris, nunciauit fratribus ſuis, & inde maledictionem incurrit. Gen. 9

Poſtq̃ locutus ẽ dominus ad Moyſen impeditioris & tardioris linguæ fuit: Ex quo inuit, q̃ ſpirituales uiri, qui ſæpe cũ deo loquuntur tardi eſſe debent ad loquendum. Exo. 3 & 4

Filij iſrael fugiẽtes d̃ Aegypto, uiderunt exercitũ Pharaonis, & timuerũt ualde, quibus ait Moyſes: Dñs pugnabit pro nobis, & uos tacebitis. Exo. 14

Axa filia Caleb ſedens in aſino, & ſuſpirãs, cũ ſuaſa eẽt a uiro ſuo, monuit patrẽ, ad q̃rẽdũ q̃d hr̃et, & poſt ipetrauit a p̃re irriguũ ſupi' & iferi'. Ioſu. 15

Sampſon ſecretũ, quod parẽtibus dicere noluit, uxori expoſuit: quæ ſtatim illud in danũ mariti publicauit. Iudi. 14

Idem indicauit Dalidæ, quomodo poſſet amittere fortitudinem ſuam, illaq; ſine mora hoſtibus reuelauit. Iudi. 16

Anna mater Samuelis, ueniens ad tabernaculum domini loquebatur in corde ſuo, tãtũq; labia ſua moueban- 1. R. 1

tur & uox penitus non audiebatur.

1.Re. Samuel dormiens in tabernaculo, oſtenſam ſibi uiſionem non indicauit Eli, donec interrogatus & adiuratus fuit ab illo.

1.Reg. 10 Cũ filij Belial dicerẽt de Saule nouo rege Nũ ſaluare nos poterit iſte? Ille diſſimulabat ſe audire. Ex quo intelligitur, quod caute tacebat.

1.Reg. 25 Cũ dauid contra Nabal turbatus, poſtmodum per Abigail prudẽter locutam, placatus fuiſſet: illa non indicauit ipſi Nabal uiro ſuo puſillũ, aut grande uſq; mane, cum uinum quod biberat digeſſiſſet.

To.2.5 Tobias auditis ꝟbis iniurioſis ab uxore nõ legitur ei reſpõdiſſe, ſed igemuit, & cœpit plorare cũ lachrymis.

Tob.3 Cũ ancilla Saræ Dñæ dixiſſet grauis ip̃ropij & maledictiõis uerbũ, Sara tacẽs ceſſit liti, & pergens in cubiculũ domus ſuæ deuote cœpit orare.

Eſt.2.5 Diu tacuit Eſther, nõ iudicãs populũ ſuũ & patriã, ſicut ei p̃ceperat Mardochæus, ne .ſ. a rege hẽret exoſa.

Iob.2 Beato Iob a deo percuſſo, uxor eius

ſtulte loquuta eſt.

Sanctus Iob magis uidet ſeipſum Iob. 39
reprehendere de actu loquendi, q̃ de
alio quocũq;, unde dicit: Qui leuiter
loquutus ſum, reſpõdẽ nõ poſſum:
unum loquutus ſum, quod utinã nõ
dixiſſem. Et cap. 42. Ideo inſipienter
locutus ſum, & quæ ultra modũ ex-
cederent ſcientiam meam &c.

Cum ꝓpoſuiſſẽt Raſin rex Syriæ, Eſai. 7
& Phaccæ rex iſrael præliari cõtra iu-
dam, dixit dominus Eſaiæ prophetæ.
Egredere ĩ occurſum Achaz, & dicẽs
ad eum. Vide ut Sileas. Noli timere,
& cor tuum ne formidet. &c.

Idem in alio loco dicit. In ſilentio Eſai. 30
& ſpe erit fortitudo ueſtra.

¶ Mandauit Ezechias rex iuda, ne po Eſai. 36
pulus aliq̃d reſpõderet Rapſaci. Et ſi- &. 4. Re
luerũt, & nõ reſpõderunt ei uerbum. 18

Hieremias ĩ utero ſanctificatus, & Hier. 1.
a domino propheta datus, excuſabat
ſe dicens: Ah, ah, Domine deus, ecce
neſcio loqui, quia puer ego ſum.

Adducta Suſanna ne iniqui præſby Dan.
teri ferrent contra eã falſum teſtimo-

nium, flens ſuſpexit ad cœlum, & clamauit ad dominũ, ſed accuſatoribus directe non legitur reſpondiſſe.

2. Mac. 12. ¶ Iudæi agriculturæ operam dabant, ſed Nicanor & quidã alij nõ ſinebant eos in ſilentio agere & quiete.

Lu. 1. 2. ¶ Beata maria uirgo legitur in Euãgelio tantûmodo locuta fuiſſe angelo. Itẽ cũ filio ſuo. Quid feciſti nobis ſic?

Et apud Ioannem.

Ioan. 2. Vinum non habent.

¶ Et quando miniſtros nuptiarum in

Luc. 1. ſtruxerat. quæcũꝗ dixerit uobis &c.

¶ Licet autem Heliſabeth magnifice eam commendaſſet; nihil tamen ei reſ

Luc. 7. pondit, ſed ad laudãdum dominum ſeruertit. ¶ Maria peccatrix ueniens ad pedes dñi in domo Symonis nihil dixiſſe refertur, ſed lachrymis cœpit

Luc. 10 rigare pedes eius.

Mat. 26 ¶ Similiter ſorori, de ipſa cõquerenti

Mar. 14 nihil reſpõdit. Rurſus etiam diſcipu-

Ioan. 10 lis indigne ferentibus effuſionem unguẽti, & in eam fremuẽtibus nihil dixit. Quoniam autẽ tacuit, Dominus

pro ea

pro ea reſpondit, & eã ubiq; defendit

Mulier in adulterio deprehenſa co Ioan. 8.
rã Dño accuſata, nõ legitur aliqd lo-
cuta fuiſſet: Dñs autẽ ꝓ ea uerbũ aſ-
ſumpſit, et eã deniq; miſericorditer
abſoluit. Act. 13

Locuturus in ſynagoga Paulus, ſur Eccl, 32
rexit, & manu ſilentium indixit. Scie-
bat enim non eſſe effundẽdum ſermo
nẽ, ubi nõ eſt auditus: quod ſæpius in
ſcriptura ꝓbatur. De affectu carnali.

MOyſes diſtribuit Leuitis, 12. bo Num.
ues, et ſex plauſtra, quos obtule
rãt ꝑcipes filiorũ iſrael, ſed nullũ de-
dit filiis Gaath, licet eſſent ei magis
propinqui.

¶Non legitur Moyſes alicui de filiis
ſuis magnum dediſſe officiũ, licet ipſe
a populo in tanta reuerẽtia haberet.

¶Moriturus Moyſes, ſolicite roga Nu. 27.
uit dominũ, ut populo de duce ido-
neo ꝓuideret. Nullum tamen de gene
ratione ſua nominare uoluit.

¶Diſtribuẽs ioſue terrã filiis iſrl, ad- Ioſu. 17
eo paruã portionẽ dedit illis qui erãt
de tribu ſua, ut de ho: ſpecialem que-

relam fecerunt. Sed nota reſponſionē quam fecit eis.

1.Re.4. Audiens Eli mortem filiorum ſuorum in prælio, non uiſus eſt multum curare, ſed cum nuncius ille dixiſſet arcā dei eſſe captā, cecidit de ſella, & mortuus eſt. Quia Dauid nimis fle-
2. Reg. 19. bat occiſum filiū ſuū Abſalon, impoſuit ei Ioab, qđ nō ita doluiſſet, ſi totū amiſiſſet exercitum.

2.Ma.7. Supra modū mater mirabilis & bonorum memoria digna, quæ pereuntes ſeptem filios ſub unius diei tēpore conſpiciens, bono animo ferebat.

1.Ma.7. & 2.M. 15. Euntibus ad prælium Iudæis ꝯtra Nicanorē pro uxoribus & filijs itēq; fratribus & cognatis minor ſolicitudo, maximus autē, & primus pro ſanctitate timor erat templi.

Mat.12. Luc.8. ¶ Loquens Ieſus ad turbas, dixit quidā. Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærētes te, qui reſpondit. Que eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? qcūq; fecerit uolūtatē patris mei &c.

Mat.16. Saluator noſter approbās petri ꝓfeſſionem, quam fecit de ipſo, cum di

xit: Tu es Chriſtus filius dei uiui: cõſequẽter ſubiũxit: caro & ſanguis nõ reuelauit tibi. Per hoc innuẽs ꝙ caro prauas reuelationes facere cõſueuit.

¶ Petenti matertera Chriſti ſecundũ carnem, ut duo filij ſui ſederẽt iuxta eum i regno ſuo, reſpõdit ipſe dominus ita dure, ac ſi fuiſſet aliena omnino: & ita bonũ forum de regno ſuo paratus eſt facere tibi: ſicut illis. Mat. 20

Quamuis beatus Ioannes & duo Iacobi eſſent maxime ſanctitatis, nulli tamen eorũ cõmiſit generalem eccleſiæ curam, ſed Petrũ, qui nõ ſibi carne attinebat, conſtituit caput, principẽ & paſtorem. Ioã. 21

¶ Apoſtolus Paulus cõmendãs ſuũ Euangeliũ dicit: Complacuit ei, q me ſegregauit ex utero matris meæ, & uocauit p grãm ſuam &c. ꝯtinuo nõ ꝯtuli. acqeui carni & ſãguini. Gala. 1

¶ De ira hominis per zelum.

CVm loqueretur Moyſes Pharaoni, & ille nollet audire, exiuit a Pharaone iratus nimis. Exo. 11

Præcepit Moyſæs filijs iſrael, ut nullus de mãna relinquere uſqꝫ mane Exo. 16

Qui non audierunt eum, ſed dimiſe=
runt quidam ex eis uſq; mane, & ſca=
tere cœpit uermibus & computruit:
Exo. 32. & iratus eſt Moyſes contra eos. ℂRe
uertens Moyſes, cum appropinquaſ=
ſet ad caſtra, uidit uitulum et choros,
iratus proiecit de manibus tabulas,
et cõfregit eas ad radices mõtis.
Leu. 10 ℂCũ quæreret Moyſes hircũ, q obla
tus fuerat pro peccato, exuſtũ reppe
rit, iratuſq; cõtra Eleazar & Ithamar
Nu. 16. ait, Cur nõ comediſtis? &c. ℂVidens
Moyſes rebellionẽ Chore & cõplicũ
ſuorũ, iratus ualde ait ad dñm: Ne re=
1. Reg. ſpicias ſacrificia eorũ. ℂCõſiderans
20. ionathas filius Saul, nequitiam pr̃is
ſui, cõtra dauid, ſurrexit a mẽſa in ira
furoris ſui, & non comedit panẽ illa
2. Reg. die. ℂAudita dauid parabola Nathã
12. ꝓphetæ, iratus indignatiõe aduerſus
hominem dixit. Viuit Dominus, quia
filius eſt mortis, qui fecit hoc.
4. Reg. ℂEliſeus iratus fuit contra ioas regẽ
13. iſrael, eo quod non percuſſiſſet terrã
ſagitta quinquies aut ſexies, ut totam
deſtruxiſſet Syriam.

¶ Audiens Neemias clamorē populi Nee. 5
propter uſuras, quas exigebant opti-
mates, iratus eſt nimis.

Audita querimōia, quā dixit Eſther Eſthe. 7
de Amā, qui omnes iudæos procura-
bat occidi, rex Ahaſuerus ſurrexit ira
tus de loco communi.

¶ Circūſpiciēs ieſus cum ira iudeos
qui obſeruabant eum, & contriſtatus
eſt ſuper cæcitate cordis eorum.

De ira hominis per uitium.

Reſpexit dominus ad Abel, & ad Gen. 4.
munera eius, iratuſq; eſt cain ue
hementer, & concidit uultus eius.

¶ Iratus Balaac ꝯtra Balaā cōploſis Nu. 24
māibus ait: Ad maledicēdū inimicis
meis uocauit te, qͦ b'ꝯtra benedixiſti.

¶ Audiens Saul poſt uictoriam com 1. Reg.
mendari dauid, iratus eſt nimis, & di 18
ſplicuit in oculis eius ſermo &c.

¶ Cū excuſaſſet ionathas dauid apud 1. Reg.
patrem ſuum Saul iratus aduerſus io 20
natham dixit: Fili mulieris ultro uirū
rapientis Nunquid ignoro, quia filiū
iſai diligis in confuſionem tuā? &c.

¶ Venit Achab rex iſrael i domū ſuā 3. R. 21

indignatus & frendẽs ſup̃ ỽbũ ꝙ lo
cutus fuerat ad eũ Naboth iſraelites:

4. Re. 5 Poſt facile & ſalubre cõſilium Eli
ſæi, iratus Naaman recedebat, dicens:
Putabam quod egrederetur ad me, &
inuocaret nomen dei ſui &c.

2. Pa. 16 Hanam propheta uẽit ad Aſa, icre-
pauit eum quia confiſus erat in Bena
dab rege Syriæ: iratuſq; Aſa adỽſus
uidentem, iuſſit eum mitti in neruũ.

2. pa. 25 Separauit Amaſias exercitũ qui ue
nerat ad eũ ex Ephraim: ꝓ eo, ſcilicet
quod ſecum uenirent ad bellum. At
illi ueheme͂ter irati contra Iudam, re-
uerſi ſunt in regionem ſuam.

2. pa. 26 Sacerdotes arguebãt Oziã regẽ iu
da, uolẽtẽ adoler̃ incẽſũ, iratuſq; Ozi
as & tenẽs thuribulũ minabat̃ illis.

Nee. 4. Cũ audiſſet Sanaballat, quod ædi-
ficaret murus Hieruſalẽ, iratus eſt ual
de, & mot' nimis ſubſãnabat iudæos

Tob. 1 Cũ reuerſus eſſet Sennacherib, fu-
giens a iudæa plagam, quam contra
eũ fecerat deus, propter blaſphemiã
ſuam, iratus multos occidit iudæos.

Tob. 2. Tobia dicẽte de hœdo balãte. Vide

te ne furtiuus ſit.&c. Vxor eius irata
rñdit: Manifeſte uana facta ē ſpes tua
Nũciatũ ē Holoferni, quod filij iſrael Iudit. 5.
præpararent ſe ad reſiſtendũ ei, furor̃
nimis exarſit in iracundiam magnã.

Cum dixiſſet Achior magnam eſſe Eodē
potẽtiã dei iſrael, irati ſunt magnates
Holofernis, & cogitabãt iterficere eũ.
Cum audiſset Aman & experimẽto Eſthe. 3
probaſſet, quod Mardochæus nõ ſibi
flecteret genua nec ſe adorauit, iratus
eſt ualde &c.
Iratus indignatuſq; eſt Eliu Buxt e Iob. 32.
aduerſus Iob, eo quod iuſtum ſe eſſe
diceret coram. Domino.
¶ Principes iuda putantes q͛ Hiere Hie. 37
mias fugeret ad Chaldæos, irati ſunt
ↄtra eũ, & cæſum miſerũt in carcerē.
Nabuchodonoſor rex Chaldæorum, Dan. 2
in ira magna ſua præcepit, ut perirent
omnes ſapientes Babyloniæ, pro eo
(ſcilicet) quod ſomnium ſuum ei nõ
poterãt idicar̃. ¶ Idē ẽt poſtea i furo- Dan. 3.
re & ira p̃cepit, ut tres uiri adduceren
tur i ↄſpectu ei' &c. Arguit Dñs Ionã Ionæ. 4.
q̃a iraſcebãt ſuper hederam.

1. Ma. 3 ¶ Audiens antiochus prælia iudæ & uictoriam quã obtinuerat, iratus eſt animo, & congregauit exercitum.

1. Ma. 5 ¶ Factum eſt, ut audirẽt gẽtes quod ædificatum eſt altare in ſanctuarium, ſicut prius, iratæ ſunt ualde &c.

2. Ma. 6 ¶ Tortores Eleazari audientes uerba conſtantiæ ipſius, in iram uerſi ſunt, qui paulo ante fuerant mitiores.

2. Ma. 7 ¶ Poſt ſeptimi frĩs ỽba, rex ãtiochꝰ accẽſus ira in illũ, ſuper oẽs deſæuit.

2. Ma. 9 ¶ Videns Antiochus, quod non poterat ſpoliare Pentapolim ciuitatẽ, elatus in iram, arbitrabatur ſe iniuriam illorum, qui fugauerant, poſſe in iudæos retorquere.

Mat. 2 Herodes uidens quod illuſus eſſet a Magis, iratus eſt ualde, & mittens occidit omnes pueros. &c.

Luc. 4 ¶ Cum audiſſent ciues Nazareth dominum dicentem Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. &c. Sequitur. Repleti ſunt omnes in ſynagoga ira:

Act. 19 ¶ Demetrius quidam argẽtarius, faciens ædes argenteas Dianæ, conuocatis opificibus illius artis, dixit: Quia

Paulus auertebat multā turbā, dicēs Quoniā nō ſunt dij, qui manibus fiunt. &c. His auditis, repleti ſunt ira.

De humilitate.

Dixit angelus ad Agar: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu ipſius. Gen. 1

¶ Humiliter loquebatur Abrahā domino, dicens: Loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis & cinis. Gen. 18

¶ Multum humiliauit ſe Iacob corā Eſau, & ſic compeſcuit iram eius. Gen. 35

¶ Quiqes excuſauit ſe Moyſes, anq̄ uellet accipere ducatum populi, quē tamē dominus imponebat ei, nec acquieuit, donec Dominū intellexiſſet iratum. Vnde textus. Iratus eſt Dominus in moyſen &c. Exo. 3 & 4

Moyſes utile cōſilium pagani hominis non deſpexit, ſed ei humiliter acquieuit. Exo. 18

Moyſes uidebat ſe habere ducatū Domini ſpecialem, & tamen non dedignabatur rogare Obab filium Raguelis, ut ſecum ueiret, & ductor populi eſſet. Nu. 10

Iudi.6. Gedeō angelo dicēte ſibi. Valde, in
hac fortitudie tua liberabis. Iſrael re
ſpōdit: Ecce familia mea iſirma eſt in
Manaſſe, & ego minimus in domo pa
tris mei.
Iudic. 8. ℭ Viri Ephraim iurgantes fortiter &
tumidi contra Gedeonem, ſedati fue
rūt p eius māſuetam, & humilē rñſio
Eē nē. ℭ Dixerūt oēs filij iſrael ad Gede
onē: Domiare noſtri tu, & filius tuus:
Quibus ille ait. Non dominabor ue-
ſtri, nec dominabit̃ i uos filius meus
ſed dominabitur uobis Dominus.
1. Re. 9. Humilitatem protēdebat Saul in ope
re & ſermone, anteq̃ unctus eſſet in re
gem, quanto quærebat aſinas patris,
& excuſabat ſe apud Samuelē. Et po-
ſtea dictū eſt ei ca. 15. eiuſdem. Nōne
cum paruulus eſſes in oculis tuis, ca-
1. Reg. put in tribubus iſrael factus es. &c.
17. Dauid, licet per Samuelem eſſet un-
ctus in regem, tamen de mandato pa
tris portabat uictualia fratribus, qui
1. Reg. bus præ electus fuerat.
1. Dauid humiliauit ſe corā Saule, quā
do debebat fieri gener regis.

Et corā deo, qn̄ ſaltauit ante arcā. 2. Re. 6
Ait enim Iudā & uilior fiā pluſq̄ fa-
ctus ſū etiā humilis ero ī oculis meis

Et quādo uenit Natham ad eū, nun 2. Re. 7
cians ei uoluntatem Domini, de per-
petuitate regni.

Item & coram ſeruo, audiēs quod 2. Reg.
malediceret ei. Semei. 16

Et ī multis alijs locis, ut quādo de
us eum propter peccata corripuit &
puniuit. 2. Re. 24

Humil'r rn̄dit Mephiboſeth iuitq́; ac 2. Reg.
cuſatus a ſeruo ſuo, & exhr̄datus in 19
iuſte. Achab rex ſceleratiſſimus iſrl' 3. Reg.
audiēs pœnā ſibi ꝓ criminib' ifligen 21
dā, humiliatus ē corā dn̄o ꝓpter hoc
dn̄s illā pœnā aliqualiter minorauit.
Prīceps ille, q humiliter locutus ē ad 4. Re. 1
heliā, nō fuit tactus ab igne, ſicut alij
duo qnquagēarij, q uenerant an̄ illū.

Veniens ad iordanē Eliſeus, primo 4. Re. 2
ꝑcuſſit aquas nihil dicens, & nō ſunt
diuiſæ aquæ. Deinde iuocauit nomen
magiſtri ſui, & diuiſæ ſunt aquæ.

Semeias propheta, dixit ad Roboā 2. pa. 12
& prīcipes eius; Hæc dicit dominus.

Vos relinquitis me, & ego relinquã
uos. Qui conſternati dixerũt: iuſtus
eſt dominus. Cũq; uidiſſet dominus,
qđ humiliati eſſent, factus eſt ſermo
Domini ad Semeiã dicens: Quia hu-
2. pa. 32 miliati ſunt, non diſperdam eos.
¶ Humiliatus eſt Ezechias, poſtquã
eleuatum fuerat cor eius in aduentu
nunciorum Babylonis, & iccirco nõ
Iudit 4. uenit ira Domini in diebus illis.
& 8 ¶ Audientes filij iſrael terribilem po
tentiam Holofernis, clamauerunt ad
dominum cum inſtãtia magna, & hu
Eſth. 14 miliauerunt animas ſuas.
¶ Eſther regia ↄfugit ad dominũ, &
corpus ſuũ humiliauit ieiunijs, orãſ-
q; iter cætera dixit: Tu ſcis Domine,
Hier. 1. quod abominor ſignũ ſuperbiæ &c.
¶ Cum diceret dominus Hieremiã
eſſe prophetam, ille humiliter ſe ex-
cuſauit, & ait. Ah, ah, Domine deus
Dan. 4. ecce neſcio loqui &c.
¶ Nabuchodonoſor ambulãs ĩ aula
Babylonis, arrogãter loquutus eſt.
deinde, eiectus ab hominibus, & in
beſtiam mutatus, recuperauit ſenſum

& recognouit, quod omnes habitatores terræ apud deum in nihilum redacti ſunt. ¶Cum percusſus eſſet Antiochus adeo inſanabili plaga, ita, ut nec ipſe fœtorem ſuum ferre poſſet ait: iuſtū eſt ſubditū esſe deo, & mortalem non paria deo ſentire. 2 Ma. 9.

¶Ioſeph humiliter ſe reputans nō eſſe dignum cōſortio beatæ Mariæ, quā recepisſe uidebat, nō humano opere, ſed diuino munere hoc factū esſe credebat, uoluit occulte dimittere eam. Mat. 1.

¶In diebus illis, Magis apparet mira fuisſe humilitas, quando inuenerūt puerum cū Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum. Mat. 2.

¶Dum tātæ esſet reputationis Ioannes Baptiſta, ut populus crederet ipſum esſe Chriſtū dixit: Veniet fortior me poſt me, cuius non ſum dignus ſoluere calciamenti corrigiam. Mat. 3. Luc. 3. Ioan. 1.

¶Non erubuit Chriſtus, dei uirtus & ſapientia, ad eodem themate prædicationem ſuam incipere, a quo ſuā inceperat Ioannes Baptiſta Pœnitentiam agite &c. Mat. 3. & 4.

Luc. 1 ¶Beata uirgo Maria ab angelo tã ue nerabiliter ſalutata, & mater filij altiſſimi appellata, nõ ſuperbijt inde, nec ſe uocauit matrem dei, aut dominam ſed ancillam.

Luc. 1 Item nõ miſit pro Eliſabeth cognata ſua ſed humiliter iuit ad illam.

Eodẽ Cum Eliſabeth ſpiritu ſancto repleta cognouiſſet, quod factũ fuerat, tũc diuinam commendauit miſericordiã & potentiam Mariæ, dicens: Magnificat anima mea dominum. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ &c.

Mat. 8 Humiliter & fideliter reſpõdit Cẽturio dicens Domino, uolenti ire ad ſanandum pueꝝ ſuum &c. Dñe non ſum dignus, ut itres ſub tectũ meũ.

Luc. 5 Videns Petrus ad præceptũ domini ſe concluſiſſe multitudinem piſciũ copioſam, procidit ad genua eius, dicens: Exi a me, quia homo peccator ſum, Domine.

Mat. 8. 9. & 17 Saluator noſter publicarẽ miracula ſua prohibebat ut fugere doceret iactantiæ & uanitatis uitium & daret ueræ humilitatis exemplum. Sicut

patet in leproſo mundato. Et in duo-
bus cæcis ab eo illuminatis. Item in
ſurdo & muto ſanato. Matth. 9. Et in
ſua transfiguratione dixit. Nemini di
xeritis uiſionem. Mat. 17.

Cum dixiſſet domius mulieri Cha- Mat. 15
naneæ. Non eſt bonum ſumere panē
filiorum, & mittere canibus. Illa mu-
lier dixit. Etiā dñe, nā & catelli &c. Mar. 18

Quærentibus diſcipulis, quis eſſet
maior in regno cœloꝝ. Reſpōdit dñs
Quicūq; humiliauerit ſe, ſicut paruu
lus iſte, hic maior eſt i regno cœloꝝ.

¶ Exemplum uel parabolam humi- Luc. 14.
lis urbanitatis induxit Dominus. Cū
inuitatus fueris ad nuptias, nō diſcū-
bas in primo loco.

Ad fugiendam inſtātiam, & humi- Luc. 18.
litatem ſectandam, multum ualet exē
plum, quod inducit Dominus de ſup
bo pharisæo, & humili publicano.

Humilitas Ioānis Baptiſtæ apparet Ioan. 1.
multipliciter: qa uidelicet, de ſe humi
liter ſentiebat exiſtimāte pp̄ro ꝙ for
te ipſe eſſet Xp̄s. Ioā. 1. Non ſum ego
Chriſtus. Item humiliter loquebatur

Ego uox clamantis in deſerto. Negã
uit ſe eſſe Chriſtũ aut prophetã. Tũ
etiã humiliter induebatur pilis Ca-
melorum. Humilẽ habitationẽ elige
Luc.i. bat Luc.i. Erat in deſerto &c.
Mat. 3. Et humiliter recuſabat baptizare
dominum dicens. Ego debeo bapti
zari a te, & tu uenis ad me.
Luc. 7. Humiliter Maria Magdalena & fre
10. quenter legitur, ſecus pedes domini
ſe poſuiſſe &c.
Ioã. 11. Quærenti domino, an Petrus dili-
&. 12. geret eum plus aliis diſcipulis, reſpõ
Ioã. 21. dit humiliter, dicens: Tu ſcis domine
quia amo te plus aliis &c.
Præcipua Humilitatis exẽpla acci-
pere poſſumus & debemus i ſaluato
re noſtro: cuius cõuerſationẽ in terris
cõſiderare poſſumus, qa ipſe cõcipi
uoluit in pria deſpecta, uidelicet, in
Ioan. 7. Galilæa. De q̃ loqt ioã. 7. Scrutate &
&. 1. uidete, quia ꝓpheta a Galilæa nõ ſur-
rexit. Vnde admirãdo dixit Nathana-
el, A Nazareth põt eſſe aliquid boni.
Lu. 1. 2. Iterũ de humili mr̃e natus fuit, q̃ di-
xit: Reſpexit hũilitatẽ ãcillæ ſuæ &c.
In domuncula

In domũcula parua & loco humilli mo. Luc. 2. Recliauit eũ i p̃ſepio &c.

Itẽ quaſi per annos. 30. latuit in mũ do ita q̃d nihil legitur de eo, niſi cũ eſſet annorum duodecim, remanſit in Hieruralem, & inuẽtus eſt in templo audiẽs & interrogãs & determinãs. Contra præſumptuoſos, qui nimis fe ſtine ad omnium docẽdi prorũpunt. Sequitur ibi Lucæ. 2. Deſcendit cum Maria & Ioſeph, & erat ſubdit' illis. Eodem

Exinde circa annum. 30. ad Ioannẽ Baptiſtã uenit, ut baptizaretur ab eo, non pro eo miſit, Contra multos, qui ad minores ſe pergere dedignantur. Mat. 3

Itẽ humiles diſcipulos elegit, & cũ eis humiliter conuerſatus eſt. Et eos præcipue de humilitate docuit. Diſci te a me, q̃a mitis ſum & humilis cor de, unde & filium hominis ſe dicebat ſæpius, q̃ filium dei, licet utrũq; eſſet uerum ſecundum duas naturas in ip ſo: tamen ab inferiore frequẽtius ſe nominabat. Humiliter cõuerſatus eſt cum hominibus. Intereſſe uoluit pau peribus nuptijs, ubi uinum defecit. Mat. 4 & 11 Mat. 8 12, 20 & 26 Ioan. 2

Non autem interfuit ſplendidis & diuitibus nuptijs, in qbus fiunt frequēter enormes exceſſus.

Ioā. 6. Cū cognouiſſet qa uēturi erāt, ut raperent eū, & facerēt eū regē, fugit in mōtē. ¶ Didrachma, quaſi ſeruus

Mat. 17 aut aliēus exſoluit. Idē non habebat,

Luc. 9. ubi caput ſuum reclinaret. Lucæ. 9.

Ioan. 4. Et circūiens ciuitates & caſtella pedes ibat, ita qđ quando fatigatus ex itinere, ſedebat ſuper fontem, & a muliere Samaritana bibere poſtulabat.

Mat, 21. Quādo uero uenit Hieruſalem nobili uectura uti noluit, nō equū, ſed aſellum habuit.

Ioā. 13. Trāſiturus ex hoc mūdo ad patrē, relinquer̄ uoluit ſpeciale humilitatis exēplū, ut pedes diſcipulorū lauit, & linteo quo præcinctus erat, exterſit.

Phili. 2. Præcipue autem in paſſione nimis ſeipſum humiliauit, factus obediens uſq; ad mortem, nō quācūq;, ſed crucis. Quæ erat genus mortis turpiſſimum, ut in Euāgelijs omnibus patet

De quo notari poteſt, qđ ſuperbi & mundi amatores circa ſeptem uer-

ſari ſolent & appetere, uel in adeptis
ſpecialiter gloriari, qbus ꝯſtat i cru-
ce dñm caruiſſe, & cõtraria habuiſſe.
Hæc autẽ dici pñt. Terrena affluẽtia,
mũdana ſapiẽtia, carnalis lætitia, po-
pularis fama, turba famuloꝝ, deiectio
inimicoꝝ, numeroſitas amicoꝝ. Chri-
ſtus Ieſus aũt Dominus noſter in cru-
ce fuit paupẽimus, qa ueſtimentis nu
datus Ioãnis. 19. Fuit ſtultus & iſipi- Ioã. 19.
ẽs reputatus. Nam uerbũ crucis pere
úntibus ſtultitia eſt. 1. Corinthioꝝ. 1. 1. Co. 1.
Itẽ diffamatus fuit, & ſeductor popu-
li appellatus. Vnde dixerũt de eo pri Mat. 27.
cipes ſacerdotum. Recordati ſumus,
quia ſeductor ille &c. In cruce in ſupẽ
quodammodo fuit uictus quia occi-
ſus inclinato capite tradidit ſpiritũ,
Ibi etiam amicum nullũ habuit. Tor
cular calcaui ſolus, & de gẽtibus nõ Eſal. 63
eſt uir mecũ. Pſalmo. 87. Elongaſti a Pſal. 87
me amicum & proximum. Item fa
mulis & ſeruitoribus i cruce caruit,
unde dicitur. Diſcipuli relicto eo om Mat. 27
nes fugierunt. Pſal. Factus ſum ſicut
homo ſine adiutorio &c.

Act. 3 Poſt miraculū, de claudo p̱ petrū ſa⸗
nato humil'r locutus ē petrus, nō aſ⸗
cribens factū ſibi, ſed diuinæ uirtuti,
& p̱ iuocationē nois Ieſu Chriſti &c.

Act. 10 Cum introiſſet Cæſaream Petrus,
obuiam uenit ei Cornelius, & procis
dēs: Surge, & ego ipſe homo ſum, ait
petrus, eleuans Cornelium.

Act. 14 Audientes Paulus & Barnabas, ꝙ
homines de ciuitate Lyſtris dicebant
eos eſſe deos, & eis ſacrificare uolebāt
& conciſis tunicis, exilierūt in turbas
clamantes, & dixerunt eis: Viri, quid
hoc facitis, & nos mortales ſumus ſi
miles uobis &c. Tandem uix ſedeua
runt turbas, ne ſibi immolarent.

Act. 18 paulus apoſtolus manibus opaba
tur, ut haberet neceſſaria ſibi & ſocijs
propter quod etiam morabatur cum
Aquila & priſcilla, qui erāt artis ſce⸗
nofactoriæ, ſicut & ipſe.

Act. 20 Alibi dicit. Ad ea quæ mihi opus
erant, & his qui mecū ſunt, miniſtra
uerunt manus iſtæ.

2. Co. 1 Humiliter d̄ ſe ſentiebat Paulus, q̄
fratrū orationibus confidebat. Adiu⸗

uātibus uobis i oratiōe ꝑ nobis, ait.

Oratiões aliorum ſolicite poſtula- Ro. 15
uit, Vnde ait. Obſecro uos fratres per
dominum noſtrū Ieſum Chriſtum,
& ꝑ charitatem ſpiritus ſancti, ut ad
iuuetis me in orationibus.

I. ad Corin. 4. & Theſſa. 4. Verbis et 1. Co. 4
ſuis uerā humilitatē iterius idicabat. Theſ. 4
1. Corin. 15. Ego ſū minibus apoſto 1. Cor.
lo℞, q nō ſū dignus uocari apoſtolus 15
&c. ¶ Et Ieſus uenit in hūc mūdū pec 1. Ti. 1
catores ſaluos facere, quorū primus
ego ſum &c.

Item ad humilitatem alios ſolicite Ro. 12
inducebat, ait enim: Non alta ſapien-
tes ſed humilibus cōſentientes, Et ad
Philippēſes. 2. In humilitate ſuperio
res ſibi inuicem arbitrantes &c.

De Superbia.

Eva propter appetitum excellen- Gen. 3
tiæ cum audiſſet a ſerpente. Eri-
tis ſicut dij: de ligno uetito comedit.

Superbia uolentiū ædificare turrim Gen. 11
uſq; ad cœlum, damnata fuit per con
fuſionem linguarum.

Agar ancilla Sarai concepiſſe ſe ui Gen. 16

dens, dominam ſuam deſpexit.
Exo. 5. Nimis ſupbe reſpōdit Pharao quā-
&.14 do dixit: Neſcio Dominum, & iſrael
non dimittā, ſed i mari ſubmerſus ē.
Nu. 16. Rebellio Chore & aliorū facta cō
tra Moyſen, ex ſuperbia proceſſit. Nā
dixit illis Moyſes: Multum erigimi-
ni filij Leui. Quibus male ceſſit.
Iudic. 9 Percuſſus Abimelech a mulieř, uo
cauit armigerum ſuum, & ait ei. Per
cute me, ne dicatur, quia a fœmina in
terfectus ſum. Et male perijt.
1. Reg. Saul petijt a Samuele, ut eum corā
15 ſenioribus populi honoraret.
2. Reg. Grauiter fuit punitū elationis pec
24 catum, quando Dauid fecit numerari
populum ſibi ſubiectum.
3. Reg. Libido, quā habuit Hieroboā do-
12 minandi, timens ne populus reuerte
retur ad domum Dauid, fecit eum ex
cogitare uitulos aureos, quos fecit a
populo adorari, & maluit eos recede
re a deo ſuo, q̃ a Domino ſuo.
4. Reg. Supbe nimis nūciari fecit Ezechiæ
18 rex Aſſyriorū dicens ꝙ neq; Deus, ne
q; hō poſſet eū liberare de māu ſua.

poſt uictoriam obtẽtam de Arpha iudit. 1
xat regẽ, exaltatum eſt regnũ, regis
Nabuchodonoſor Aſſyriorum, &
cor eius eleuatum eſt.

Præceperat Nabuchodonoſor Holo- iudit.
ferni, ut oẽs deos terræ exterminaret, 3.&.5
ut ipſe ſolus de' diceret ab his regio-
nibus quæ potuiſſet Holofernis ptãti
ſubiugari, ſed male ceſſit. ¶ Vides ſu
pb' Amã, qđ Mardochæus ipſũ ado Eſth. 3.
rarẽ nolebat, ſuaſit regi, ut totus Iudæ &. 5
oꝝ pp'lus deleret. ¶ Amã ſupbiſſim'
uolebat corã ſe genuflecti & ab hoi- Eodẽ
bus adorari, Sed notabile eſt. Q đ il-
la ſupbia tot mala in ſeipſa cauſauit,
ut iratus & idignans exiſteret, & oia
alia q̃ habebat, quaſi nihil reputaret.

Signa ſupbiæ đteſtatur Dominus
per Eſaiam, dicens: Pro eo qđ eleua- Eſai. 3.
tæ ſunt ſuperbæ filiæ Siõ, & ambula
uerunt collo extenſo. &c. decaluauit
dominus uerticem filiarum Sion.

De Nabuchodonoſor intelligit ad Eſai. 14
literam illud Eſaiæ: in cœlum aſcẽdã
dicebat &c. Similis ero altiſſimo. Ve
rũtamen ad inferna detraheris.

Eſai. 16 De Moab dicitur: Audiuimus ſupbiam Moab, ſuperbus eſt ualde, ſupbia eius & arrogãtia eius, & indignatio eius, plusquam fortitudo eius. Idcirco ululabit Moab.

Dan. 5 Quoniã eleuatũ fuit cor Nabuchodonoſor regis Babylõis, & ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſupbiã depoſit' ẽ dẽ ſolio ſuo & glĩa ei' ablata ẽ.

Eodem Balthaſar fili' nabuchodonoſor rex Babylonis nõ humiliauit cor ſuum, ſed aduerſus dominatorẽ cœli eleuatus eſt: & ideo interfectus ẽ, & darius Medus ſucceſſit in regno.

1. Ma. 1 Antiochus aſcendit Hieroſolymã in multitudine graui, & intrauit ſanctificationem cũ ſuperbia, & accepit altare aureum &c.

1. Ma. 3 Seron prĩceps exercitus Syriæ ait: Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno. Et contriſtatus eſt.

1. Ma. 5 Dixerũt illi, quos dimiſit Iudas Machabæus ad cuſtodiam terræ, dũ iret ad prælium. Faciamus nomen, & eamus pugnare cõtra gentes &c. Et male ceſſit eis.

Cũ audiſſet Nicanor holocauſta, q̃ 1. Ma. 7
offerebātur a Iudæis pro rege, irridēs
ſpreuit & locutus eſt ſuperbe. Et ceci
dit primus in prælio.

¶ Antiochus æſtimabat ſe præ ſuper- 2. Ma. 5
bia terram ad nauigandum, pelagus
uero ad iter agendum deductuꝝ, pro
pter mētis elationē. ſed aliter euenit.

Nicanor ueniens ad pugnandũ con 2. Ma. 8
tra Iudam & ſocios eius, ita credebat
eſſe ſecurus de uictoria, quod uende-
bat Iudæos anteq̃ i cāpo uideret eos.
Sed ei male ſucceſſit. ¶ Fugatus tur-
piter Antiochus de pſide, ſupbe locu 2. Ma. 9
tus eſt, ſe uentuꝝ Hieroſolimā, & con
geriē ſepulchri Iudæoꝝ eā factuꝝ: ſed
Deus percuſſit eum inſanabili plaga.

Nicanor Iudæis dicentibus. Eſt Do- 2. Mac.
minus potens in cœlo, qui iuſſit agi 15
diē ſeptimũ. Et ego, iquit, potēs ſum
ſuper terram, qui impero ſumi arma
& negocio regis impleri. Seqtur. Et
in ſumma ſuperbia erectus, cogitaue
rat commune trophæum ſtatuere de
Iuda. Sed cito ruit cum armis ſuis.

Cũ dixiſſent diſcipuli, Domine etiā Luc. 10

dæmonia ſubijciũtur nobis in nomi-
ne tuo, compeſcuit eos Dominus di-
cẽs. Videbã ſathanã ſicut fulgur cadẽ-
tẽ d̃ cœlo &c. In hoc tñ nolite gaudeř.

Luc. 18 Superbia Phariſæi, qui ſe iactabat,
& proximũ cõdẽnabat, dãnatur.

Act. 12 Statuto die, Herodes ueſtitus ueſte
regali, ſedit pro Tribunali, & concio-
nabatur ad populum, populus autẽ
acclamabat. Dei uoces, & non homi-
nis, Confeſtim autem percuſſit eum
angelus Domini, eo quod non dediſ-
ſet gloriam & honorem Deo, conſum-
ptus a uermibus expirauit.

Iudic. 9 De iactantia.

GAal filius Obed, dicebat ſocijs:
Quis eſt Abimelech, & quæ eſt
Sychem, ut ſeruiamus ei? Vtinam da-
ret aliquis populum iſtũ ſub manu

Iudi. 14 mea, ut auferem &c.

Sampſon leonem manibus inermis
lacerauit, nec tamen tantam probita-

1. Reg. tem indicare uoluit.

17 Goliath Philiſtæus exprobrauit exer-
citui iſrael, ut aliquis ueniret cum eo
ad ſingulare certamen.

Adõias filius Hagith eleuabatur 3. Re. 1
dicens: Ego regnabo. Sed parum du
rauit regnum eius.

Benadab rex Syriæ, miſit nũcios re 3. Reg.
gi Iſrael, & ait. Hoc faciãt mihi dii, & 20
hoc addant ſi ſuffecerit puluis Sama
riæ pugillis oĩs populi, q ſeqtur me:
Sed pulchre reſponſũ ẽ ei, ne glorieẽ
accinctus, æque ut diſcinctus &c.

Grandia uerba & ſuperba dixit Ra 4. Reg.
pſaces, ex parte regis Aſſyriorum, di 18
cens: Nunquid liberauerũt dij gẽtiũ
terrã ſuã d mãu regis Aſſyriorum &c.

Holofernes dixit Achiori: Cum p Iudit. 6
cuſſerimus oẽs, q̃ſi hoiem unũ, tũc ẽt
ipſe, cũ illis Aſſyriorum gladio, iteribis

Amã inuitatus ad cõuiuiũ Eſther Eſthe. 5
uocauit amicos & uxorem ſuã, & ex- &. 7
poſuit illis magnitudinem diuitiarũ
ſuarum & filiorum, & quando apud
reginã ſolus cũ rege prandere debe-
bat. Sed nota, quod ſuſpenſus fuit in
craſtino, in eadem trabe, quam para-
uerat Mardochæo. Heſt. 7.

Heliu dixit multa uerba iactantiæ.
Iob. 32. oſtẽdã uobis ſapientiã meã.

Eſa .10 Aperuit Eſaias uerba regis Aſſyriorum. In fortitudine manus meæ feci, & ſapientia mea intellexi &c. Non fuit qui moueret pennam, & aperiret os ſuum & ganniret &c.

Eſai. 14 De Nabuchodonoſor itelligit ad literã illud Eſaiæ: Dicebas i cordĕ tuo i cœlũ ↄſcẽdã, ſupra aſtra dĩ exaltabo ſoliũ meum & ſimilis ero altiſſimo.

Hie: 48 Per Hieremiã dicitur de Moab. Sublimitatem eius & arrogantiam eius: quod non fit iuxta eã eius uirtus &c.

Dan. 3. Nabuchodonoſor rex Babylõis dixit tribus ſocijs Danielis, qui noluerũt ſtatuã eius adorare: Quis ẽ deus qui eripiat uos de manu mea?

Dan. 4 Deambulans i aula Nabuchodonoſor, ait. Nõne hæc eſt Babylon ciuitas magna, quam ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cumq; adhuc ſermo eſſet, uox de cælo ruit &c.

1. Ma. 3. Audiuit Seron quod congregauit Iudas eccleſiam fidelium, & ait: Faciã mihi nomẽ, & debellabo Iudam, ſed ipſe cõtra fuit cito debellatus ab eo.

Demetrius filius Demetrij miſit ad 1. Mac.
Ionatham dicens. Deſcende ad nos in 10
campum, & comparemus illic inuicē
quia mecum eſt uirtus bellorum. In-
terroga, & diſce, q̄s ſum ego &c. Sed
paulopoſt male ſucceſſit ei.

Nicanor pugnaturus contra Iudā, 2. Ma. 8
uocauit negotiatores, promittens ſe
daturum pro uno talento nonaginta
mancipia Iudæorum.

Multitudine adarmata cōcurrēte, 2. Ma. 9
fugatus eſt turpiter Antiochus de ꝑ
ſipoli ciuitate p̄ſidis & ſuꝑbe locut'
ē, dicēs: Se uētuꝝ Hieroſolymā & cō
geriē ſepulchri Iudæoꝝ eā facturū.

Nicanor iterrogauit Iudæos. Si eſt 2. Mac.
potēs in cœlo qui imperauit diē Sab 15
batorum: Reſpōdentibus illis, domi
nus potēs in cœlo, qui conſtituit diē
ſeptimum ait: Et ego potēs ſum ſuꝑ
terrā &c. Vt ſupra præcedēti cap.

Petrus ualde audacter dixit domino Mat. 26
Et ſi oēs ſcandalizati fuerint, ſed non Mar. 14
ego. Sed poſtea longe aliter accidit. Luc. 22

Qui ſe iactant & dilatāt maxime ſi Ioā. 13
mentiūtur, diabolum ſpecialiter imi- Mat. 4

Luc. 4. tantur, qui dixit, quum oſtendiſſet domino omnia regna mundi; Mihi tradita ſunt omnia, & cui uolo do illa.

Luc. 18 Cōtra iactantes ſe, & arrogātes, inducit Dominus exemplū illius phariſæi dicētis. Nō ſum ſicut cæteri hominum, uelut etiam hic publicanus.

Ioan. 9. Magnæ arrogantiæ uerba dixerūt Phariſæi cæco nato, quē dñs illumināuit, & illos rōnabiliter ꝯfundebat. In peccatis nat⁹ es tot⁹, & tu doces nos.

Ioā. 19. Arrogāter nimis dixit ſaluatori pilatus, Neſcis q͞a poteſtatē habeo crucifigeř te, & ptātē habeo dimitteř te?

Exo. 18

De Electionibus.

Cōſilio Iethro ſacerdotis Madiā Moiſes uſus humiliter, elegit iudices, ſeu prælatos miores, uiros potētes & timētes dñm, in q̄bus erat ꝟitas, & q oderant auaritiam. Præcepit

Nu. 17. dñs Moyſi, ut tolleret duodecim uirgas iuxta numeꝝ tribuū filioꝝ iſrael & nomē Aarō erat in Tribu Leui, q̄s quū poſuiſſet in tabernaculo, ſequēti

Nu. 27. die inuenit uirgā Aaron germinaſſe.

Moyſes aduertens ſe, iuxta uolūta

tem domini, moriturum orauit dñm deuote, dicens. Prouideat Dominus Deus ſpiritum omnis carnis, homi- nẽ, qui ſit ſuper multitudinẽ hãc &c. Ordinauit autem Dominus, quod io- ſue filius Nun eſſet ſucceſſor ipſius, & dux populi, loco eius &c.

Volens Moyſes ulciſci iſrael de Ma dianitis, ait Mille uiri de ſingulis tri- bubus, eligantur ad bellum. Nu. 31

Poſt mortem ioſue ꝯſuluerunt filij iſrael Dominũ, dicentes. Quis aſcen det ante nos, & erit dux belli, dixitq; Dominus iudas aſcẽdet &c. Iudic. 1

Videntes filij iſrael, quod Gedeon ſtrenue pro eis pugnauerat, dixerunt omnes ad eum Dominare noſtri &c. Iudic. 8

¶ Maiores natu de Galaad, perrexe runt ad iephthe, dixerũtq; ad eũ. Ve- ni & eſto prīceps noſter, & pugna cõ tra filios Ammon. Iudi. 11

Erat uir de Beniamin, nomine Cis, & ei fili' uocabulo Saul electus, & bo nus, & nõ erat uir ď iſrael melior illo &c. hũc dñs reuelauit dñs Sãueli eli- gẽdũ for, & iungẽdũ ſuꝑ ppl'm iſrľ. 1. Reg.

1. Reg. De mãdato domini ſpeciali iuit Sa
16 muel in Bethlehẽ, & unxit Dauid fi-
liũ Iſai i regẽ ſup Iſrael & Hieruſalẽ.
2. Re. 2 Mortuo aũt Saule, uenerũt uiri de
tribu iuda, & unxerũt dauid i regem
2. Re. 5 Deĩde uniuerſæ tribus Iſrael uene
Pſal. 77 runt ad eum & unctus eſt in regẽ, ſu
1. pa. 11 p totum populum Iſrael. Vnde ipſe
&. 28 dicit i Pſalmis Elegit Dauid ſeruum
ſuũ. Et alibi. Placuit Domino, ut me
eligeret regẽ ſup cũctũ populũ iſrael
Eodem Appropinquãs morti Dauid, dixit
maioribus iſrael: De filijs meis elegit
Dominus Salamonem, ut ſederet in
throno regni Domini, ſuper Iſrael.
3. Reg. Terribili iudicio Dei aſſũptus fuit
11 Hieroboam, ut eſſet rex ſuper decem
tribus iſrael: & tamẽ occaſio fuit pó-
pulo recedendi a Deo.
4. Reg. Scripſit iehu literas, & miſit in Sa-
10 mariam ad optimates ciuitatis. Eligi
te meliorem, & eũ, qui uobis placue-
rit de filijs Domini noſtrii, & ponite
eum ſup ſolium patris ſui, & pugna
te pro domo dimini noſtri.
12. 9 Cógregati ſunt omnes amici Iudæ

& dixerunt

& dixerũt Ionathæ: Ex quo frater tu' defunctus eſt uir: ſimilis ei nõ ẽ, qui exeat contra inimicos noſtros. Nunc itaq; te eligimus eſſe, pro eo, nobis i principem & ducẽ ad bellandum bellum noſtrum.

Vocauit dominus diſcipulos ſuos & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominauit. Mat. 10. Luc. 6

¶ Poſt aſcẽſionem Domini, diſcipuli ſtatuerũt duos, ſcilicet, Ioſeph & Matthiam, & orantes dixerunt: Tu Dñe, qui noſti corda oĩum, oſtẽde quẽ elegeris, ex his duobus unum, accipere locũ miniſterij huius Apoſtolatus. Act. 1.

¶ Sermo, quẽ dixerunt Apoſtoli, placuit omni multitudini, & elegerunt Stephanum uirum plenũ fide & ſpiritu ſancto, & Philippum &c. Act. 6.

Miniſtrantibus diſcipulis domino & ieiunantibus, dixit illis ſpiritus ſanctus: Segregate mihi Paulũ & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos. Act. 13

De bonis principibus & Prælatis.

BOnus ꝑlatus Moyſes multoties intrauit ad Pharaonẽ pro cauſa & ſequ. Ex. 6. 7.

pp̃ri ut eũ liberaret de Ægyptiaca ſer
uitute. Populũ timẽtẽ moyſes ꝯforta
Exo. 14 bat dicẽs. Nolite timere, dominus pu
gnabit ꝓ uobis, & uos tacebitis. Ore
quidẽ uerba dicebat, ſed corde domi
num exorabat, ſicut apparet ibi.

¶ Clamat ꝓ pp̃lo ad dñm Moyſes
Exo. 15 qñ murmurabat populus ꝯtra eum.
Omnia debet retorquere ad dominũ
Exo. 16 bonus prælatus. Vnde dicebat Moy
ſes Nos eni qd ſumus. Nec eſt contra
nos murmur ueſtrum, ſed ꝯtra dñm.
Exo. 17 Cũ pugnaret iſrael cõtra Amalech,
nõ iuit Moyſes ad præliũ, ſed tantum
ioſue miſit famulũ ſuũ, & tamẽ erat
ex parte ipſius, iuſtiſſimũ bellũ: ipſe
uero ſtans in uertice collium, ad orã
dum Dominum ſe conuertit.
Exo. 24 Receſſurus a populo Moyſes, & itu
rus ad mõtem bonos uicarios dereli
quit, uidelicet Aaron & Hur.
Exo. 32 ¶ Videbatur uelle Dominus ꝯfunde
re & delere populum peccatorem, &
promittebat Moyſiꝰ magnum ſtatũ
& honorem. Et tamen Moyſes ꝓ po
pulo ſuo inſtãter orabat. Et nota quã

ta ſeueritate populũ puniuit, pro quo deum tamen inſtanter orabat.

Moyſes diſtribuit Leuitis duodecim boues & ſeptẽ plauſtra, quos obtulerant principes tribuũ filiorum iſrael, ſed nihil dederat filijs Caath licet eſſent magis propinqui, quia ꝓprijs humeris, omnia portare debebant. Nu. 7.

¶ Deſiderabat Moyſes, quod omnes de populo prophetarent, licet honor ſuus minui uideretur. Nu. 11.

¶ Poſt reditum exploratorum dixit Dominus ad Moyſen. Quouſqꝫ detrahet mihi populus iſte. Feriã ergo peſtilẽtia, te quoqꝫ faciã principẽ ſuper gentẽ magnã & fortiorẽ, q̃ hic ẽ ſed noluit Moyſes ad maiorẽ trãsferri p̃lationẽ Nu. 14.

¶ Pereũte populo, ꝓ murmure & tumultu, quem faciebant contra Moyſen & Aaron, dixit Moyſes ad Aarõ. Tolle thuribulum, & hauſto igne de altari, mitte incenſum: pergens cito ad populum, ut roges pro eis. Nu. 16.

Moriturus Moyſes ſolicite rogauit dñm, ut pplo d̃ duce idoneo ꝓuiderẽt. Nullũ uero in ſpeciali uoluit noiare. Nu. 27.

Ioſu.24 ¶ Seruiuitq; iſrael dño cũctis diebus Ioſue &c. Bonus enĩ plãtus multũ cõfert ad populũ, i uia dñi dirigendũ.

¶ Samuel iudicabat iſrael, & ibat cir-
1.Re.7. cũiens Bethel & Galgala & Maſphat, ut homines, qui eo indigebãt facilius poſſent ad ipſum habere acceſſum.

1.R.12. Dixit Samuel ad populũ, Abſit a me hoc peccatum, ut ceſſem orare pro uobis, & docebo uos uiã bonã & rectã.

2.Reg. Videns Dauid angelum percutien-
24. tem populum, obtulit ſe p eo percuſ-iendũ. Vertatur, inquit, obſecro, manus tua contra me &c.

3.Re.3. Audiuit omnis iſrael iudiciũ, quod iudicaſſet Rex Salomon de duabus mulieribus: & timuerunt regẽ, uidentes ſapientiam Dei eſſe in eo.

2. Reg. Signũ eſt quod Dominus diligit po-
10. &.2 pulum quãdo dat ei bonum prælatũ.
Par.9. Vnde regina Saba dixit. Quia diligit Deus iſrael, idcirco poſuit te regẽ ſupra eũ, ut facias iudiciũ atq; iuſtitiã.

2. Reg. ¶ Volens dominus tradere regem Si-
20. riæ in manu regis iſrael, mandauit ei per prophetam, qđ ipſe rex debebat

incipere præliari.

Quādiu uixit Ioiada pontifex, Ioas rex iuda fuit bōus, quo mortuo multa mala fecit. 4. Reg. 12.

¶ Ezechias rex iuda, fecit ſerpentem æneum confringi, eo quod eſſet populo idolatrandi occaſio. 4. Reg. 18. 2. pa. 24

¶ Ioſaphat rex iuda ꝯſtituit iudices ſup populū, & eos ualde fideliter & prudenter inſtruxit. Videte, inquit quid faciatis? 2. pa. 19 Perexerunt curſores cum epiſtolis ex regis imperio Ezechiæ & principū eius, in uniuerſum iſrael & iudā ꝑdicantes. Reuertimini ad dn̄m &c. 2. pa. 30

Orante Eſdra & flente pro trāſgreſſione populi, collectus ē ad eū cœtus magnus uiroꝝ ac mulierum, & fleuit populus multo fletu ad exēplū eius. 1. Eſ. 10

Audita Holofernis potētia Eliachī magnus ſacerdos, circumiuit omnē Iſrael, allocutus eos, dicens. Scitote, quoniam exaudiuit dominus preces noſtras; ſicq; populum bōis exhortationibus confortabat. Iudit. 4

Bonus prælatus debet eē, quaſi bonus pater populi ſibi commiſſi. Nam Eſai. 22

de Eliachiam, quē cōſtituit Dominus loco Sobnæ ꝑpoſiti, dicit apud Eſai: Erit quaſi pr̄ habitātiū in Hieruſalē.

1. Ma. 9 Mortuo Iuda Machabæo emerſerunt iniq in oībus finibus iſrael, & exhortati ſunt oēs, qui operabātur iniquitatem: In diebus illis facta ē fames &c.

1. Mac. 12 Cū crederetur occiſus Ionathas a Triphone, quæſierunt omnes gētes, quæ erant in circuitu Iudæorum conterere eos. Dixerunt enim. Nō habent principem & adiuuantem, nunc ergo expugnemus eos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.

2. Ma. 3 Cauſa pacis & boni ſtatus ſanctæ ciuitatis pulchre dicit fuiſse prudētia & pietas Oniæ ſummi ſacerdotis & Ibidē bōitas ſubditoꝝ. Bene reſtitit Onias Helíodoro, uolēti ſpoliare tēplū & depoſita uiduaꝝ & pupillorū auferre.

Ioan. 10 Saluator noſter Dominus Ieſus, ubi ſe bonū paſtorē dicit, ſtatim cauſam ſubiūgit dicēs: Bonus paſtor animā ſuam dat pro ouibus. Et poſt pauca: Animā meā pro ouibus meis pono: In quo dat itelligere, qd exigatur ad

hoc, qđ aliquis bonus paſtor uocari mereatur.

Quādo ſaluator noſter poſt reſurrectionem ſuam, uoluit gregē eccleſiæ Petro cōmittere, primo probauit eū dicēs: Symon diligis me plus his? Et nota quod examinauit eū de dilectiōe nō de cognitiōe. De practica uero, nō de Theorica, de facto ꝟo, nō de iure. Ioan. 21

Item nō ſolum interrogauit ſimpliciter an eum diligeret, ſed ter dicit. Si diligis me. Addit ter. Paſce oues meas nō tonde, uel occide. Bonus. n. ꝑlatus ꝯmiſſam ſibi gregē debet paſcere ꝟbo, & exēplo, & tꝑali ſubſidio. Ibidē

Videns petrus Iudæos admirātes, & male de diſcipulis ſentiētes, eleuauit uocem & locutus eſt eis. Viri Iudæi &c. Vbi gregē ſuū ꝯſtanter defendit, & aduerſarios ſalubriter ſupauit. Act. 2

Cōſiderari poteſt hic de paulo Apoſtolo, eximiæ bonitatis prælato. Ad bonum enim prælatum ſpecialiter & ſumme pertinet dilectio, quā habere debet ad ſubditos. Sicut diligebat paſtor ille optimus princeps paſtorū, q

Ioan.13 poſuit aiam ſuã ꝓ ouibus ſuis. Q ui
2. Cor. cũ dilixiſſet ſuos in finem dilexit eos.
12. Paulus aũt miro mõ ea dilectione fer
uebat. Vnde dicebat. Ego libẽtiſſime
impẽdã, & ſup impẽdar ipſe pro aĩa-
bus ueſtris: licet plus uos diligẽs mi
nus diligar a uobis. Et ad Philip. 4.
Phili. 4 Frẽs mei chariſſimi &c.
Iterum debet in eo eſſe ſcientia ſcri
Sapi. 6. pturæ. Diligite lumen ſapientiæ, om
nes, qui p̃eſtis populis. Alioqui quo
mõ poſſet leprã a ñ lepra diſcernere,
1. Cor. uel ꝯmiſſum ſibi populũ iudicar? Ipſe
2.3. ꝟo Paulus de diuinis & huãnis excel
lentiſſimam cognitionem habebat,
qui paruulis in Chriſto lac potum
dabat, & inter perfectos ſapientiam
2. Cor. loquebatur. Q uippe qui fuit raptus
12. uſq; ad tertium cœlum, & audiuit ar-
cana uerba, que nõ licet homi loqui.
Ro. 12 Ex amore uero ſubditorum, & no-
titia ſcripturarum ſolicitudo in præſi
dẽte cauſatur. Q ui præeſt in ſolici tu
2. Cor. dine. Q ua quidem ſolicitudine, Pau
11 lus erga proximos ardẽtiſſime funge
batur, ꝓpter quod ait. Præter illa quæ

extrinſecus ſunt inſtantia, mea quoti-
diana ſolicitudo oīum eccleſiaꝝ. Itē & alibi. Volo enim uos ſcire qualē ſoli-
citudinē habeā pro uobis. Ex p̄dictis tribus debet ſeq̄ iſtructio peritoꝝ, V ñ promittit Dñs Hierem. 3. Colo. 2

Dabo uobis paſtores iuxta cor meū qui paſcent uos ſcientia & doctrina. Hiere. 3
Iuxta id, qđ dixit Artaxerxes Eſdræ & iudicib' ppl'i: impitos docete libe re. Eſdræ. 7
Et hoc p̄fecto liquet feciſſe paulū doctorē genitū, q ꝟbo, uel ſcripto do cuit uniuerſū mūdū doctor gentiū in ꝟitate & fide Et. 2. Co. 2. Odorē noti- tiæ ſuæ ꝑ nos māifeſtat ī oī loco, &c. Et a d hæc: quis tam idoneus? 1. Ti. 2. 2. Co. 2

Debet etiā bonus prælatus officia diſponere inter ſubditos, & ordinare ſicut Moyſes, qui conſilio Iethro inſti tuit in populo Centuriones quinqua genarios & decanos. Paulus quoq; i Eccleſia ſimilia faciebat. Cætera autē cum uenero diſponam. Propter qđ dicebat Tito. 1. Huius rei gratia reliq ta Cretæ, ut quæ deſunt pergas corri gere & conſtituas oppidatim præſby- Exo. 18 1. Cor. 11 Ti. 1.

teros, ſicut ego tibi ordinaram.
EXO. 14 Item debet puſillanimes & timidos animare ſicut fecit Moyſes, quãdo dixit populo paueſcẽti. Nolite timere, Dominus pugnabit ꝓ uobis. Et hoc uticꝫ Paulus optime faciebat. Epheſi
Ephe. 6 os. 6. Confortamini in dño & in potẽtia uirtutis eius, & iduite uos armatu
Heb. 12 rã dei &c. Idem. Recogitate eũ, qui talẽ ſuſtinuit a peccatoribus aduerſus ſemetipſum ꝯtradictionẽ, ut non fatigemini animis ueſtris deficientes.
2. Ma. 3 ¶ Item in bono prælato, debet eſſe defenſio oppreſſorum: Sicut Onias ſummus ſacerdos, qui conſtanter reſtitit Heliodoro, uolenti templum domini ſpoliare. Quam uiriliter aũt Paulus reſtiterit pſeudo apoſtolis Iudæis, pa
2. Cor. tet in Actibus. Et ad Corin. In quo qs
12 audet, audeo & ego: Et iõ dicebat ſe
1. Co. 9 pugnare. Sic pugno non quaſi aerem
1. Ti. 4. uerberãs. Et ad Timo. 4. Bonum cer
Iudit. 4. tamen certaui. Curſũ ꝯſummaui &c.
Præterea debet eſſe cõſolator afflictorum uelut Eliachim, cũ Holofernes Bethuliam obſidiſſet. Paulus aũt

nõ erat iferior in hac parte, unde ait:
Benedictus deus, & pater domini no
ſtri Ieſu Chriſti, q̃ eſt pater miſericor 2. Co. 1
diaꝝ, & Deus omnis cõſolationis ꝯſo
lans nos in oĩ afflictione nr̃a, ut poſ
ſimus ꝯſolari eos, q̃ ſunt in q̃uis affli
ctione. Et ad Hebræos. Rogo uos fr̃es Heb. 13
ut ſufferatis uerbũ ſolatij. Verba eni
ꝯſolatoria habuit maxime ad Philip.
& Teſſalo. Vt patet intuenti.
Debet inſuꝑ bonus p̃latus pigros & Gen. 42
tepidos excitare, qđ fecit patriarcha
iacob, q̃ audiẽs, qđ alimẽta uẽderent
in Ægypto, dixit filijs ſuis: Quare ne
gligitis? Et hoc ſtrenu' & uigil paul'
optime nouerat facere, ad Roma. Ho Ro. 13
ra ẽ iã, nos đ ſõno ſurgeř. Et ad Eph. Eph. 5
Surge q̃ dormis, & exurge a mortuis
& illuminabit te CHRISTVS. Et ad 2. Ti. 1
Ti. Admoneo te, ut reſuſcites gr̃am
dei q̃ ẽ ĩ te ꝑ ipoſitionẽ manuũ meaꝝ
Item debet indigẽtibus pro poſſibi 4. Re. 4
litate ſua quantum ad neceſſarias ſub
uenire. Exemplũ eſt de hoc ĩ Eliſeo, q̃
quinq; panes fecit diſtribui filijs pro Act. 20
phetaꝝ. Quod & paulus diligente

implebat, memor illius uerbi, Beati' eſt magis, dare q̃ accipere: prout ipſe refert. Cum uero non habebat, quod dare poſſet, ab aliis ſolicite procura: bat: & hoc optime apparet ad Corin. De colle ctis autem &c. Et alibi. Qui parce ſeminat, parce & metet.

1. Cor. Item ad eũ pertinet ſuperbos & tu
16. midos refrenare & humiliare. Quod
2. Co. 9 uolens facere Moyſes, increpando di
Nu. 16. cebat. Multum erigimini filii Leui. Samuel etiam dixit Sauli.
1. Reg. Quarẽ nõ audiſti uocẽ dñi? &c. In hac
15. ergo arte, paulus erat ualde pitus. vñ
1. Co. 4 ait tanq̃ quaſi non uenturus ſim ad uos, inflati ſunt quidam, Veniam aũt ad uos cito, Si Dominus uoluerit & cognoſcam, nõ ſermonem ipſoꝝ, qui
1. Ti. 6. iſlati ſunt, ſed uirtutẽ. Et alibi. Diuiti bus huius ſeculi, p̃cipe non ſublime ſapere. ¶ Rurſus etiã bonus p̃latus
1. Re. 7. diſtãtes, & ad eũ accedere nõ ualẽtes debet perſonaliter uiſitare. Quod be ne Samuel adimplebat, qui ibat ciecũ iẽs Bethel & Galgala & Maſphat, &
Ro. 15. iudicabat Iſraelẽ. Et quis hoc unquã

exercuit ſicut Paulus qui ab Hieruſa-
lem uſq; ad illyricum, repleuit Euan
geliū Xp̄i Ita, Quod, uiam ſuā quon- 1. Co. 9.
dā curſum nōrauit. Et ſic curro nō q̄ſi 2. Ti. 4.
i īcertū. Et item: Curſum conſumaui.
Itē debet delinquentes & trāſgreſſo-
res punire, ſicut fecit Moyſes, quādo Exo. 32
populus uitulum conflatilem adora-
uit. In hac etiam parte, Paulus negli
gens nō erat: ſed dicebat: Arma mili
tiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potē
tia deo &c. Sequitur. In promptu ha-
bentes ulciſci, aduerſus oēm iobediē 2. Cor.
tiam. Et Quid enim uultis in uirg a 10.
ueniam ad uos, an in charitate & ſpi 1. Co. 4
ritu lenitatis?
Item bonus prælatus debet cōtuma-
ces de populo, & peſtiferos extirpare Nu. 16.
ſicut fecit Moyſes de Chore, & his, q
adheſerunt ſibi. Tu inquit, & omnis
congregatio tua ſtate ſeorſum. Dein
de dixit ad alios: Recedite a taberna-
culis horum hominum impiorum.
Paulus de illo, qui tenebat nouercā 1. Co. 5
ſuam, ait: Ego iudicaui tradere huiuſ
modi hominem Sathanæ in iteritum

1. Ti. 1. carnis. Et poſt: Expurgate uetus fer
mentũ. Hymenæũ & Alexandꝝ tradi
dit Sathanæ, ut diſceret ñ blaſphema
Exo. 32 re. Poſtremo debet ꝓ uniuerſis orare
1. Reg. ſicut faciebat Moyſes. is orabat dñm
12 Et Samuel Abſit a me hoc peccatum,
ut ceſſem orare pro uobis.
Rom. 1. Hoc aũt Paulus diligẽtiſſime adim
pleuit. Sine intermiſſiõe memoriã ue
ſtri facio ſemꝑ, in oratiõibus meis.
Theſ. 1. Et Theſ. Oramus ſemꝑ ꝓ uobis, ut
deus dignetur uos uocatiõe Deus no
ſter &c. Itẽ hoc ipſum fieri hortabať,
dicẽs. ¶ Obſecro igiť primũ oĩum fie
1. Ti. 2. ri obſecrationes, orões, poſtulatio-
nes, gratiarum actiões pro oĩbus ho-
minibus, pro regibus &c.

¶ De malis principibus & prælatis.

Exo. 32 Dixit Moyſes ad Aarõ: Quid tibi
fecit hic populus, ut iduceres ſu
per eum peccatum maximum? (quaſi
diceret) multum peccat prælatus in
ſubditos, quando eorũ prauæ acquie
ſcit uoluntati.
Nu. 25. Præcepit dñs Moyſi dicẽs: Tolle cũ
ctos principes populi, & ſuſpẽde eos

ꝯtra ſolē in patibulis.

Male corripuit Eli filios ſuos, quod multū diſplicuit dño. Et tñ corripuit eos uerbo, ſed lente, nō uiriliter & ſeuere. Quid ergo de illis, q in malis fauēt, uel q dant eis occaſionē peccādi? 1. Re. 2.

¶ Etiā malis prælatis debent deferre ſubditi, ſicut Dauid, q pcuſſit cor ſuū, quod præciderat orā chlamydis Saulis, nec aliquid mali uoluit facere ei. 1. R. 24.

¶ Totum pōdus prælij uerſum eſt i Saul: unde cecidit in ꝑlio, & occiſus ē. 1. R. 3. 2. R. 24.

Propter peccatū, qd' cōmiſit dauid in numeratione populi, mortui ſunt ex populo ſeptuaginta millia uirorū.

Quia Roboā populū nimis grauare uoluit, magnā partem eius amiſit. 3. R. 12

Occaſionem dedit Ieroboam populo recedendi a cultu dei, quando uitulos fecit, & adorari eos præcepit. Eo. c. ē

Propter malos prælatos ſubditi interdum tēporaliter affliguntur. Vnde Helias dixit Achab: Tu cōturbas iſrl' & domus patris tui. 3. R. 1

Rex Syriæ præcepit principibus curruum ſuorum. Nō pugnabitis contra 3. R. 2

maiorem, uel minorem quempiam, niſi contra regem Iſrael. Solus autem ille erat Achab nequiſſimus.

2.pa.33 Manaſses ſeduxit Iudam & habitatores Hieruſalem, ut faceret malum ſuper oẽs gentes, quas ſubuerterat Dominus a facie filiorum Iſrael.

Eſai. 1. Malorum prælatorum in Hieruſalẽ habitantium peccata expreſſit Eſaias dicens: Principes tui infideles ſunt, ſocij furum, ſequuntur munera, diligũt

Eſai. 14 retributiões. de Nabuchodonoſor prĩcipe peſſimo dicit: Tu terrã tuã diſperdidiſti: Tu populũ tuũ occidiſti. &c.

Eſai. 22 Sobna præpoſitus tẽpli credebat in Hieruſalem diu uiuere & moriturus honorifice ſepeliri. Sed mandauit Dominus ei, quid tu hic, aut quaſi quis hic? Poſt pauca ſequit. Expellam te de ſtatione tua. Et ille uidetur fuiſse de his, qui dicebant pauloãte. Comedamus & bibam', cras.n. moriemur.

Hie. 38. Sedechias rex Iuda dixit prĩcipibus Hieremiam occidi petentibus: Ecce in manibus ueſtris eſt: nec enim fas ẽ regem uobis quicquam negare.

Contra

Contra malos prophetas & prælatos, dixit dominus per Ezechielē: Nō aſcēdiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis murum pro domo iſrael, ut ſtaretis in prælio in die domini. Ezec. 13

Malis prælatis, dominus, p Ezechielem terribiliter comminatur, dicens: Væ paſtoribus Iſrael qui paſcebāt ſe metipſos. Nōne greges a paſtoribus paſcuntur? Statim deſcribit malorū actus paſtorum. Lac, inquit, comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis: & ægrotum nō ſanaſtis: quod fractum erat, nō alligaſtis: quod infirmum fuit, nō conſolidaſtis: & quod abiectum erat, nō reduxiſtis, quod perierat, nō quæſiuiſtis: ſed cū auſteritate impabatis eis &c. ¶ Mali fuerūt illi pſbyteri, q cōdēnauerūt Suſannam ad mortem, eo quod noluit conſentire eis, cū ex hoc magis meruiſſet laudari. Eze. 33 & 34 Dan. 13

Rex Demetrius Alchinum proditorem impium, conſtituit in ſacerdotio, & mandauit ei facere ultionem in filios Iſrael. 1. Ma. 7

1.Ma.9 Elegit Bacchides uiros impios,& cõſtituit eos dominos regionis, & exquirebãt amicos Iudæ,& adducebãt eos ad Bacchidem.

2.M.14 Iaſon frater Oniæ,q̃ ſummũ ſacerdotium emit ab Antiocho,ſtatim ut obtinuit principatum,ad gẽtilẽ ritũ contribules ſuos tranſferre cœpit.

Ex nouo teſtamento. Mat.23 Propietates malorum prælatorũ tãgit dñs Ieſus. Sup Cathedrã Moyſi ſederũt Scribæ & Phariſæi &c. Dicũt & ñ faciũt:alligãt onera grauia,clauditis,addidit,regnum cœlorum ante homines,& uos non intratis &c.

10 Et apud Ioannem. Mercenarius,& q̃ non eſt paſtor,uidit lupum uenientẽ,& dimittit oues,& fugit. Nõ pertinet ad eum de ouibus.

Mat.37 Ioã.19 Sciebat pilatus,quod iudæi per inuidiam,dominũ tradidiſſent; ſciebat eum eſſe innocentẽ,& tamẽ propter fauorem populi,& timorẽ Cæſaris, tradidit eum uoluntati eorum.

Act.4 Principes ſacerdotum uocãtes petrum & Ioannem,denunciauerũt, ne omnino loquerentur nec docerẽt in

nomine Ieſu.

Vidēs principes ſacerdotū multa ſigna p̄ apoſtolos fieri, exurgēs ipſe & omnes q̄ cū eo erant, iniecerūt manus in apoſtolos, & poſuerūt eos in cuſtodia ſua plubica; angelus aūt domini p̄ noctē eduxit eos: Tunc abijt magiſtratus cū miniſtris, & adduxerūt illos, & poſt multa ↄſilia uocauerūt apoſtolos. & cæſis denūciauerūt, ne amplius loquerētur in noie Ieſu. Act. 5

Raptus fuit Stephāus a Iudæis, & adductus in concilium. Cum plura obijcerent ei principes ſacerdotum, dixerunt ei: Si hæc ita ſe habēt? Qui cum fideliter ſe excuſaret & duritiā Iudæorum acriter increparet, lapidatus eſt ab eis, præfato principe nullā diſplicentiam oſtendendo. Ac. 6. 7

Quidā homines habētes puellā, a qua Paulus eiecit ſpiritum phytōicum, accuſauerunt eum & Sylā eius ſocium, quod ipſi ciuitatē turbabāt. Magiſtratus autem ſine aliqua ꝓbatione, fecerunt Paulum & Sylam uirgis cædi & i carcerem durum mitti. Act. 16

Act. 23 Productus Paulus in cōcilium cœperat rationabiliter loqui, ſed ad primum uerbū quod dixit, princeps ſacerdotum fecit eum percuti. Tūc paulus dixit: Percutiet te deus paries de albate, & tu ſedens iudicas ſecūdum legē, & cōtra legē iubes me percuti?

Act. 23 Malos p̄ſides & iniquos habuit: Paulus, Felicem & Feſtū, qui uolebāt gratiam Iudæis præſtare: & idcirco compulſus eſt Cæſarem appellare.

De ambitioſis.

Nu. 12 LOcutus eſt Maria & Araon cōtra Moyſen, & dixerunt Nōne & nobis ſimiliter locutus ē dominus? Sed hæc uerba uidebantur ambire ducatum populi ſui.

Nu. 16 Chore & cōplices ſui anhelātes ad regnum populi, condēnauerūt Moyſen, & Aaron accuſauerūt, dicentes, Sufficiat uobis, q̄a oīs multitudo ſanctorū eſt, & in ipſis eſt dn̄s. Cur eleuamini ſup populū Domini? ¶ Abime

Iudic. 9 lech filius Hierobaal callidē p̄curauit ſe eligi p amicos ex parte mr̄is ſuæ: ſed poſtea peſſime ſucceſſit utriſq;.

Parabola illa, quā ꝓpoſuit ioathā Eodē
quod oliua, uitis, & ficus noluerūt ſi
bi regnū accipere & principatū, Rhā
nus uero arbor modica & uilis, regi-
men uſurpare præſumpſit, poteſt ad
ambitioſos aptari.

Dicebat Gaal filius, obed: Vtinam Eodē
daret aliquis populū iſtū ſub manu
mea, ut auferrē đ medio Abimelech.

Abſalon: hominibus ad iudiciū re 2. Reg.
gis uenientibus, dauid blandiēdo, de 15.17
trahendo ſimul & ambiēdo, dicebat: &.18
Videntur mihi ſermones tui boni &
iuſti, ſed non eſt, qui te audiat, conſti
tutus a rege. Quis me cōſtituat iudi-
cem ſuper terram? Sed nota, quid ei
poſtea acciderit. Cap. 17.18. eiuſdē.

Adōias filius Hagith eleuabat̄, di 3. Re. 1
cens, Ego regnabo. Sed parum regna &.2
uit. Nam paulopoſt interfectus fuit.

Dixit ahias Sylonites propheta ad 3. Reg.
Hieroboā. Regna ſuper omnia, quæ 11.22
đſiderat aīa tua. Sȝ poſtea adeptus re
gnū ſup. 10. trib', peſſime ſe habuit.

Zambri uidēs Hela dominum ſuū 3. Reg.
regem iſrael temulentum, occidit eū: 16

& regnauit poſt eũ ſeptẽ diebus tãtũ
4. Reg. Athalia mater Ochoziæ regis, uidẽs
11 mortuũ eſſe filiũ ſuũ, in tantã exarſit
libidinem dominãdi, quod interfecit
omnẽ ſemẽ regiũ, excepto Ioas, q fu
it a ſorore ochoziæ furtiue ſublatus
4. Reg. Sellum filius Iabes, cõiurauit con
15 tra Zachariã regẽ Iſrael dñm ſuũ, &
interfecit eũ, & regnauit pro eo uno
mẽſe, & ipẽ iterfectus ẽ. ℭ Nabucho
Iudit. 2 donoſor rex Aſſyrioꝝ, uocauit duces
bellatores ſuos, dixitqꝫ cogitationẽ
ſuã in eo eẽ, ut oẽm terrã ſuo ſubiu-
garet imperio. Ambitioſi & ſupbi
Eſt. 3. 5 plus affligunt de paucis, q eos præ-
cedunt, uel eis nõ obediũt, q̃ lætẽtur
d̃ multis q eos ſequunt uel obſequũ
tur eis. Vñ ſupbus Amã, q erat ſecũ-
dus a rege, & filios et diuitias multas
habebat, uel ſe hr̃e putabat, q̃diu ui-
debat Mardochæũ añ fores r̃gias &c
1. Ma. 3 Audiuit Serõ, quod cõgregauit Iu
das eccleſiã fideliũ, & ait. Faciã mihi
nomẽ, & gl̃ificabor i r̃gno, & d̃bella
bo Iudã: ſ; ipẽ cito fuit d̃bellat' a Iu
1. Ma. 7 da. ℭ Alchinus, q uolebat ſũmus ſa

cerdos fieri, & quidam alij iniqui de populo Iudæorum, uenerunt ad regē Demetrium dicentes ei: Perdidit Iudas & fratres ei' amicos tuos, & nos diſperdidit de terra noſtra.
Ptolemæus rex ægypti uoluit dolo opprimer regnum Alexandri, & tandem obtinuit Alexandro deuicto & in Arabiā fugato, & abſtulit Zabdiel Arabs caput Alexādri, & miſit Ptolemæo: q pa᷑ gauiſus ē, q̄a mortuus ē die tertia. ¶ Ptolemæus filius Abobi habebat argētū & au᷑ multū. Exaltatū ē cor eius, & uolebat obtiner regionē, qua occaſiōe ꝑditioſe occidit Simonē ſūmū ſacerdotē, & duos filios eius. ¶ Ambibat Iaſō ſup oēs ſūmum ſacerdotium, propter hoc adijt regem Antiochum nobilem promittēs ei trecēta ſexaginta argēti talēta & multa alia. Quod cū rex annuiſſet modico tēpore ſacerdotij honore fūctus eſt, quia Menelaus quē miſit ad Antiochū retorſit in ſe ſummū ſacerdotiū, q etiā cito fuit amotus, & Lyſimach' fr eius loco illius ſubſtitutus

1. Mac. 11
1. Mac. 15
2. Ma. 4

Act. 8 Cum uidiſſet Simō,quia per impo
ſitionem manuum apoſtolorum da
retur ſpiritus ſāctus,obtulit eis pecu
niam:dicens:date mihi hanc poteſta
tem,ut cuicūq; impoſuero manus,ac
cipiat ſpiritū ſanctū. Petrus aūt dixit
ei. Pecunia tua tecū ſit in perditionē.

De tentatione diaboli.

Serpens callidus ad tētādū.Immo diabolus in ſerpente,humanū genus ex parte debiliorum,& ad peccandum promptiorū aggreſſus eſt. Non enim adam primum tētauit ſed Euā. Item explorando a longe incœpit,nō ſtatim comedeꝛ uetitum fructum ex abrupto ſuaſit.

Gen. 3 Itē negauit pœnā ſequutā ꝓ man
dati trāſgreſiōe,& magna bōa afferu
it affutura ꝓ una tali comeſſatione.

Eodē Spiritus mendax frequenter in ten
tatione mentitur. Vnde dixit euæ:Ne
quaquam moriemini. Ita dixit Salua
Luc. 4 tori,cū oſtendiſſet ei oīa regna mūdi,
mihi tradita ſunt,& cui uolo,do illa.
Mat. 4 Tum & ſcripturā ſacram ꝑuerſe
allegat:dixit dn̄o angelorum:angelis

ſuis mandauit de te. &c. 1.pa.21

Conſurrexit Sathan cōtra iſrael, & incitauit dauid, ut numeraret Iſrael. Iob.1.2

Petiuit Sathā a domino, ut iob tangeret in rebus, & liberis & corpore. In quo pōt notari, & calliditas & malignitas, & infirmitas inimici. Dan.13

Nō expedit tentationes ſuas reuelare alicui hoīni, quē credit & ipſū, de ſimili peccato tētari: ſed magis alicui diſcreto & ſctō, q eū ꝯfortet in bono. Vnde duo ſenes qn̄ ſibi iuicē ꝯcupiſcētiā ſuā īdicauerūt ad peius ꝓuocati fuerūt. ¶ Tētatio dn̄i, nos iſtituit ad Mat.4 uincēdū omne genus tētatiōis. Fuit Luc.4 enim tētatus a tribus, ad quæ omnia poſſunt tentamenta reduci. Et nota. Quod non per potētiam, ſed per ſcripturam tentatorem uicit.

Ait dominus Simoni petro, inſtāte paſſiōe ſua: ecce Satanas expetiuit Luc.22 uos, ut cribraret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te.

Diabolus miſit in cor Iudæ, ut tradere dominum Ieſum Chriſtum. Ioā.13

Dixit Petrus Ananiæ: Cur tentauit Act.5

Sathanas cor tuum mẽtiri te ſpiritui ſancto, & fraudare de pretio agri?

De peccato in generali & uarijs pœnis, quæ ex peccato conſequuntur.

Gẽ. 2. 3 Quod peccatum cauſet ĩ homĩne erubeſcẽtiam, patet ꝑ hoc. Quod in ſtatu innocentiæ erãt primi parentes nudi, & non erubeſcebant, poſt peccatum uero. Cũ cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerũt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.

Gen. 3 Peccatũ infatuat peccatorẽ. Vnde Adam poſt peccatum credebat ſe abſcondere a facie Domini.

Eodẽ Peccatũ etiã facit hominẽ timidũ. Vnde Adã poſtquã peccauit dixit: timui, eo, ꝙ nudus eſſẽ, & abſcõdi me.

Gen. 4 & 19 Enormitas ſceleris, clamat pro uindicta ad aures dei. Vt Gen 4. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me &c. Et alibi. Clamor Sodomoꝝ. In pœna temporali punit Dominus pecatum quandoqꝫ, ut patet ĩ Adã & Eua. Geneſi. 3. In Cain. Gen. 4. In Sodomis: Cap. 19. Et in filijs Iſrael multoties.

Tum & Ioan. 5. noli iam peccare, ne
d̃terius tibi aliq̃d ꝯtingat. ¶Pharao
ꝑꝑ peccatũ, recognoſcebat ſe a domi Exo. 10
no flagellatũ dicẽs: peccaui i dominũ
& in uos. ¶Fecerũt filij Iſrael malũ ĩ
ꝯſpectu dñi, iratuſq; dominus tradi- Iudic. 2
dit eos in manibus diripiẽtium, qui
ceperũt eos, & uendiderunt hoſtibus
Peccatum ipſum peccantẽ quieſce-
re nõ permittit, unde ꝑcuſſit cor Da- 2. Reg.
uid, priuſq̃ numeratus eſt populus. 24
Salomonem ſapientiſſimum pecca-
tum ĩfatuauit ipſius etiam famã ma 3. Reg.
culauit. dediſti maculã ĩ gl'ia tua &c. 11
Poſtquã Ioram rex Iuda cœpit am- Eccl. 47
bulare per uias regũ Iſrael peſſimas, 4. Re. 8
receſſit Edõ ab eo, & noluit ei tribu 2. pa. 21
tum ſoluere conſuetum.
Dereliquerũt filij Iſrael domini præ 4. Reg.
ceptum, & fecerunt ſibi deos conflati- 17
les, ſeruierũtque Baal &c. Sequitur:
Tranſlatus eſt Iſrael de terra ſua.
Factũ eſt uerbũ domini cõtra Iudã, 4. Reg.
ut auferret eũ corã ſe, propter pecca 24
ta Manaſſe uniuerſa quæ fecit, & pro
pter ſanguinẽ innoxiũ quẽ effudit.

Demones ponũt ĩ uinculis pecca-
torem ſic fuit in uículis Ioachim rex
Iuda, quia cum peccaſſet coram domi
no aſcẽdit Nabuch. rex caldeorum: &
uinctum duxit in Babilõem. 2. Para.
ultimo Nota iſtoriam.

Hie. 44 Deſerta eſt Hieruſalẽ, & oẽs urbes
iuda, & non eſt habitator in eis ꝑpter
malitiam, quam fecerũt, ut me ad ira
cundiam prouocaret. Conſuetudine
non cauſaliter allegari debet.

Eodẽ Tanta eſt grauitas peccati, quod di
citur Hier. Non poterat dñs ultra por
tare ꝑꝑ malitiã ſtudiorũ ueſtrorum.

Tren. 1. Propter peccatũ debilitaẽ hõ. pecca-
1. Reg. uit Hieruſalẽ ꝑpterea inſtabilis fcã ẽ
11 uñ ieroboã ſeruus Salomõis auſus ẽ
ĩſurgerẽ ĩ dñm poſt ipſius peccatum.

Ioan. 5 Cũ ſanaſſet dñs iẽſus hominẽ lãgui
dũ, in grabbato iacẽtẽ, inuenit eũ i tẽ-
plo, & dixit: Ecce ſãus fact' es iã noli
peccarẽ, ne deterius aliqd tibi cõtigat,

Ioan. 8 Mulieri ĩ adulterio deprehẽſæ, & a
Iudæis corã dño accuſatæ, dixit Sal-
uator nr̃. Vade & ãplius noli peccarẽ

De confeſſione peccati.

MOnebat dominus Adã poſt pec catum cognoſcere culpam ſuã ſed ille eam quodãmodo retorſit in deum & mulierẽ, & mulier, in ſerpẽ tẽ. Vnde ait. Mulier, quã dediſti mihi ſociã &c. Et poſt. Serpẽs decepit me. Gen. 3

Cain recognouit peccatũ, dſperãs ñ pie ↄfitẽs Maior ẽ inqt iniqtas mea q̃ ut ueniã merear. Ideo ueniã nõ meruit. ¶ Itẽ Pharao dixit: Pccaui i dominum & in uos. Et: Peccaui etiã nunc, Dñs iuſtus, & ego & populus me' impij No n tamen digne pœnituit. Gen. 4 Exo. 9

Saul ait. Peccaui, apparet qđ ſtulte egerim & ignorauerim multa nimis: 1. Reg 26

Itẽ iudas. Peccaui tradẽs ſanguinẽ iuſtum Nullus tamẽ ex illis ueniã cõſecutus eſt. qa nõ recto corde dixerũt Mat. 27

In ſacrificio in quo mactabatur hircus pro peccato in hanc formam fieri præcepit dominus. Poſtq̃ emundauerit ſacerdos ſanctuarium, & tabernaculum, & altare tunc offerat hircum uiuentem, & poſita utraq; manu ſup caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorũ iſrael & uniuerſa delicta Leu. 16

atq; peccata eorum, &c. Ad denotandum q ad emundationem conſcientiæ quæ fit per cōtritionem & carnis mortificationem requiritur etiam cōfeſſio omniū peccatorū. Quod fieri debet per ſacerdotis miniſteriū.

Leu. 26 Comminatur quoque dominus filijs Iſrael dicens Propter peccata patrum ſuorum, & ſua, affligentur, donec confiteantur iniquitates ſuas.

Nu. 5 Vir ſiue mulier cū fecerint ex oib' peccatis quæ ſolēt hoīnibus accidere & p negligētiam trāſgreſſi fuerint mandatū Domini, atq; deliquerint, confitebuntur peccatum ſuum.

Nu. 11 Afflicti filij iſrael p ignitos ſerpētes confitentes peccatum ſuum uenerunt ad Moyſen atq; dixerunt. Peccauimus quia locuti ſumus contra dominum & te. Vnde fecit Moyſes ſerpentem æneum in quem aſpicientes percuſſi, ſanabatur.

Ioſu. 7 Confeſſus eſt & acham peccatum ſuum Ioſue cum dixit. Vere ego peccaui dn̄o deo Iſrael, ſic, & ſic feci, &c

Iudi. 10 Vehementer oppreſſi filij Iſrael a

Philiſtæis, & filijs Ammon confiten
tes dixerunt, Peccauimus, redde tu
nobis, quicquid tibi placet, tātū nūc
libera nos. Et ſeruierūt domino deo
qui doluit ſuper miſerijs eorum.

Reprehenſus dauid a Nathan pro 2. Reg.
pheta ſuper exceſſum contra uriam, 12
& uxorem eius perpetratū, peccatū
ſuum humiliter confeſſus eſt dicens
peccaui. Et audire meruit. Dominns
tranſtulit peccatum tuum.

Humiliter quoq; recognouit pecca 2. Reg.
tū ſuū & ꝯfeſſus eſt dauid, qn̄ fece- 24
rat populū numerari, ita qđ etiā ob-
tulit ſe percutiendū loco populi in-
nocentis. Et ꝓpitiatus eſt dn̄s terræ.

Dixit Neemias. Confiteor pro pec
catis filioꝝ Iſrael, quibus peccauerūt Nee. 1
tibi, & ego & domus patris mei pec- & 2
cauimus. Vanitate ſeducti ſumus. Et
exaudiuit dominus orationem eius.
Cōuenerūt filij Iſrael, & ſteterunt, &
cōfitebantur peccata ſua, & iniqtates Nee. 9
patrū ſuorū, Et legerūt in uolumine
legis Domini dei ſui quater in die, &
quater confitebantur.

Tob. 3 Quãuis tobias ab infantia deũ timuerit & mãdata eius cuſtodierit. tñ dicebat, humiliter recognoſcens. Nõ egimus ſecundũ præcepta tua, & nõ ambulauimus ſynceriter coram te.

Pſal. 31 Dixi cõfitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei.

Pro. 28 Qui abſcõdit ſcelera ſua, non dirigetur, qui autem ꝯfeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiã cõſequetur.

Eccle. 4 Nõ confundaris confiteri peccata tua, & ne ſubiicias te omni homini ꝓ peccato.

Eccl. 17 Nõ demoreris in errore impiorũ ante mortẽ cõfitere. A mortuo quaſi nihil perit confeſſio Confiteberis uiuens, uiuus, & ſanus confiteberis.

Dan. 3 Tres ſocij danielis, ꝗ ita ſancte inter Chaldeos uixerãt, & pro quibus deus tantum miraculũ faciebat in fornace, nequaquã cõtra dñm murmurabant, quaſi iniuſte talia paterentur, ſed dicebat azarias: Peccauimus, inique egimus.

Dan. 9 Orans deũ daniel, cõfitebatur peccata

cata ſua & populi, dicẽs: peccauimus iniq̃tatẽ fecimus, impie egimus &c.

Sextus illoꝝ ſeptẽ fratꝝ mori icipí 2. Ma. 7
piẽs, ait: Nos eni ꝑꝑ noſmetipſos hæc patimur, peccantes in deũ noſtrum.

Veniebat ad Ioãnem Baptiſtã om- Mat. 3
nis Iudæa & omnis regio trans iordanem, confitentes peccata ſua &c.

Chriſtus leproſo mũdato dixit. Va Mat. 8
de, & oſtende te ſacerdoti & offer munus quod, præcepit Moyſes i teſtimonium illis. et hinc figurabať cõfeſſio.

Filius prodigus ad patrẽ reuerſus Luc. 15
dixit. Pr̃ peccaui i cœlũ & corã te. &c

Decẽ uiris leproſis dixit dominus Luc. 17
ite, oſtendite uos ſacerdotibus: Qui quãuis non eſſent noui teſtamenti ſacerdotes, in eis tamen noui teſtamẽti ſacerdotium figurabatur.

Latro quoq; in cruce Chriſto ꝯfeſ- Luc. 23
ſus eſt & ueniam meruit.

Lazaro ſuſcitato, dixit chriſt' Apoſtolis. Soluite, & ſinite abire.

Hæc & figurant & probãt ut pluri Ioã. 11
mum cõfeſſionem in comuni, ſed qđ confeſſio ſacramentalis ſit neceſſaria

& iure diuino præcepta, hæc q̄ ſequū
tur inſolubiliter probant.
Mat. 16 Chriſtus dixit Petro: Tibi dabo cla
ues regni celorum, Et quodcūque li-
gaueris ſuper terram, erit ligatum in
cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper
terram erit ſolutum & in cœlis. Ex
quibus uerbis oſtenditur Chriſtum
confeſſionem inſtituiſſe ſacramenta-
lem. Quid enim inſinuatur per cla-
ues, niſi ſcientia diſcernendi inter le
pram, & lepram, & poteſtas ſoluen-
di, atque ligandi. Nam poſt cauſæ
cognitionem in foro iudicij pœniten
tialis inter confeſſionem, & confiten
tem quod fit per clauem ſcientiæ, re-
ſtat diffinire, ſeu ſententiam negocio
ferre, qđ eſt ſoluere uel ligare, & hoc
fit per clauem poteſtatis quā tradidit
Chriſtus Petro, & ſucceſſorib' eius.
Negare igitur confeſſionem eſſe præ
ceptam a Chriſto, eſt negare poteſta-
tē clauiū traditā a Chriſto, qđ eſt ma
nifeſte contra Chriſti euangelium.
Ioā. 20 Poſt reſurrectionē inſufflauit chri
ſtus in diſcipulos dicens. Accipite

ſpiritum ſanctum, Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. Ex huius authoritatis ultima parte, iterum liquet confeſſionem eſſe iuris diuini utpote, hoc loco a Chriſto Deo præceptam, Nam retinere peccata, nihil aliud eſt, q̃ non remittere. Senſus igitur uerborum Chriſti eſt, Quorum ſacerdos peccata retinuerit, ideſt, non remiſerit, retenta, ideſt, non remiſſa ſunt in cælis. Cum ergo quilibet teneatur iure diuino ſe exuere a peccatis, ſequitur mãifeſte, quod præcepto Dei quiſque obligatur ſacerdotibus peccata ſua confiteri. Gemina namq; abſoluẽdi & retinendi poteſtate, qualiter uti deberet ſacerdos neſciret, niſi pœnitens ſua detegeret, ei crimina. Iõ premiſit accipite ſpiritũ ſanctũ, ac ſi dixiſſet. Directiõe ſpiritus ſancti ꝯfitenti peccata ſoluatis, an retineatis:

Hoc ſane cõfitendi præceptũ Apoſtolus Iacobus ꝓmulgauit, cũ dixit.

Cõfitemini alterutrum paccata & Iaco. 5
orate pro inuicem, ut ſaluemini.

Vgo de ſancto uict. li. 2. de ſacramentis. Quæ verba exponens ugo de ſancto uictore ait. Iacobus, ut dī præco annūciauit hoīnibus præceptū dei de ↄfitēdis peccatis. Et intelligit cū præciſione. Niſi cōfiteamini, nō ſaluabimini.

Act. 19 Cæteri quoq; apoſtoli præceptum illud ſeruare docuerunt. Nam prædicante paulo per Aſiam, multi credentium ueniebant confitentes, & annūciantes actus ſuos. eſt igitur cōfeſſio iure diuino præcepta.

De duritia & obſtinationē maloꝝ.

Gen. 4 CAin poſt increpationem, quam fecit dominus, peior fuit, & fratricidium perpetrauit.

Exo. 5 uſq; ad 10. cap. Cor pharaonis non per blandimē ta q̄ primo dixit Moyſes, ex parte dn̄i, nec per dura flagella potuit emolliri.

Exo. 32 Filij iſrael dicuntur a domino populus duræ ceruicis, ut patet Leui. pluribus locis.

1. Re. 2 Heli ſermōibus ſuis filios corripuit, ſed nihil eis profuit.

1. Re. 8 Samuel prædixit populo conditiones regis eoꝝ ualde graues, & q̄ hoc diſplicebat Domino, & tamen noluit

deſiſtere ab incœpto.

Nō ꝑ uerba Ionathæ, nec per bene- ficia a dauid recepta, cor Saul ad dili- gēdū ipſum dauid, potuit prouocari. 1. Reg. 18. 19 &. 20

De nabal dicitur, quod erat durus peſſimus & malitioſus. 1. Reg. 25

Obſtinate nimis aſahel ꝑſequeba- tur Abner. 2. Re. 2

Mittebat dominus uiris Iuda pro- phetas, ut reuerterētur ad eū, quod il li audire nolebant, imo & Zachariam filium ioiadæ increpantem eos, crude liter occiderunt. 2. Pa. 24

Ezechias rex Iuda miſit nūcios in uniuerſum Iſrael, dicentes. Nolite in- durare ceruices ſicut patres ur̃i &c. Sequitur. Quod illis irridentibus & ſubſannantibus eos. 2. Pa. 30

Duriſſima fuerunt corda illorū, ꝗ uenerunt ad comprehendendum do- minum, quos cum ad terram proſtra uiſſet ſolo uerbo, & auriculam illius ſanaſſet, non fuerunt moti ad miſeri- cordiam, uel ex miraculi māifeſtatio ne, uel ex beneficij pietate. Luc. 22 Ioā. 18

Beatus Stephanus, Iudæos ardētes Act. 6

increpans, ait: Dura ceruice, & incir-
cuncisi corde & auribus, uos ſemper
ſpiritui ſancto reſiſtitis.

De Peruesitate quorundam.

Gen. 3 PRima mulier ordinē naturæ per-
uertit, quādo de fructu uetito ui-
ro dedit, & ille comedit: Cum ipſe uir
eam debuiſſet docere, quid illa debe-
ret comedere uel uitare.

Exo. 12 Dominus de ſpoliis aegyptiorum di-
tauit Hebræos, licet ſint multi qui di-
tant Aegyptios de ſpolijs Hebræorum
(ſcilicet uſurarij. &c.

Exo. 16 Filij Iſrael i deſerto penuriā patiē-
tes, dicebant ſuper ollas carnium in
Aegypto ſediſſe. ſed nō faciebāt mē-
tiōem de grauiſſima ſeruitute, aut ſe-
ueritate, qua uexabantur.

Nu. 11 Dicebat populus i deſerto: Recor-
damur piſciū, quos comedabamus i
Aegypto gratis. Cū tñ, itūc ſeruitu-
te grauiſſima pmerētur, nūc liberi in
deſerto pane angelorum idē cibo ſapi-
diſſimo ſine labore dato cælitus ale-
rentur. ¶Narrātib' exploratorib' cō-
Nu. 14 ditiōes terræ pmiſſiōis, uoluit popu

lus contra uolũtatẽ domini in Aegyptũ redire, & nequaquã ultra ꝓcedere. Cito uero poſt, uoluit, contra uolũtatem domini nimium feſtinare.

Vocati dathan & Abyrõ a Moyſe reſponderunt: Non ueniemus. Nũqd parũ ẽ tibi, q̃ eduxiſti nos de terra Aegypti, q̃ lacte & melle manabat? Nu. 16

Petijt Moyſes a rege Edom dicẽs Obſecramus, ut nobis tranſire liceat per terram tuam: nõ ibimus ꝑ agros ſed uia publica gradiemur. reſpõdit tamen ille: Nõ trãſibitis per me, alioquin armatus occurram tibi. Nu. 20

Simile accidit de Seon rege Amorrheoꝝ, ſed qa noluit ꝯcedeꝛ pauca, amiſit multa. ¶Noluit balaã malediceꝛ populo, quẽ credebat benedictionẽ hr̃e a deo, ſed ſunt multi q plura mala dicũt de bonis q̃ d malis. Et mirum fuit, quod qui noluit eos maledicere, uoluit eis malefacere. Nam licet oſtendiſſet ei Dominus, quod populus Iſrael erat benedictus, tamẽ finaliter dedit prauum conſilium, per quod a mulieribus eſt ſeductus. Nu. 21 Nu. 24 25. &c. Apo. 2

Iudic. 2 Filij Iſrael audiētes mādata domi-
ni, omnia facere contraria. Ideo tradi-
ti ſunt in manus diripientium.

Iudi. 12 Viri Ephraim rogati a Iephthe, ut
ſecū uenirent ad prælium, noluerūt.
Quo poſt uictoriā redeūte, quaſi eos
nō uocaſſet cōtra eū iurgari cœperūt.

1. Reg. 18 Dauid pſallebat coram Saule a dæ-
mōe uexato, & ipſi utiliter ſeruiebat.
Et tamen ipſe Saul uoluit cōfigere eū
parieti, cum lancea, quam tenebat.

2. Reg. 20 Saul uoluit occider̃ filiū ſuū Iona-
tham qa excuſabat dauid innocentē.

1. Reg. 22 Dicebat Saul ſeruos ſuos cōiuraſſe
aduerſus eū, & dauid inſidiari ei, quē
etiam ad mortem quærebat, & inueni-
re, uel capere non poterat &c.

2. Reg. 10 Rex filioꝝ amō, uidēs ꝙ iniuriā fe-
ciſſet dauid: uoluit ipugnare eū, cum
magis d̄buiſſet laborare ad placandū
eū. ℂ Amō filius dauid, thamar ſoro-

2. Reg. 13 rē ſuā uiolēter opp̄ſſā, a ſe expelli fe-
cit. ℂ Abſalon filius dauid ꝯtra patrē

2. Reg. 15. 16 maliciose ſe amouit, & ad cōcubinas
illius uidētibus cūctis ītrauit, ipſum
patrē ſuū, uita et regno priuar̃ uoluit.

Sublimatuſ a Domino Hieroboā ſuper decē tribus Iſrael, ſtatim auerti populum a cultu dei, & monitus per prophetam præcepit eum capi. 3. Reg. 12. 13

A chab rex Iſrael ſeruiuit Baal, & adorauit eū, & poſuit arā baal ī tēplo Baal, quod ædificauit in Samaria, & plantauit lucum. 3. Reg. 16

Achaz rex Iuda fecit fieri altare ad ſimilitudinem illius quod uiderat damaſci, & ſup illud offerri holocauſta præcepit, & trāſtulit altare Domini. 4. Reg. 16 2. Pa. 28

Idololatria, ſortilegia, homcidia & diuerſa ſcelera, quæ commiſit Manaſſes rex Iuda, ſatis narrantur. 4. Re. 21 4. Reg. 21 2. Pa. 33

Cū debellaſſet Amaſias Idumæos & filios Seir, & tuliſſet deos eoꝝ, adorauit eos: & illis adoleuit icēſū. pp ꝙ dominus eū arguit ꝑ prophetā dicentē ſibi: Cur adoraſti deos, qui nō liberauerūt populū ſuum, de manu tua? 2. Pa. 25

Idē Achaz rex Iuda īmolauit uictimas dijs Damaſci ꝑcuſſoribus ſuis, & dixit: Dij regū Syriæ, auxiliantur eis. Quos ego placabo hoſtijs & aderūt mihi. Quum econtra ipſi fuerint rui 2. Pa. 28

na ei, & uniuerſo Iſrael.

Eſthe. 3 Quia unus ſolus Mardochæus nõ adorabat aman ſuperbiſſimum, Ipſe Aman procurabat apud regẽ aſſyriorum oẽs Iudæos debere interfici.

Hie. 44 Arguẽte Hieremia ꝓpheta populum, ꝑ eo, ꝙ ſacrificabat diis aliẽis reſponderunt: ex eo qđ ceſſauimus ſacrificare reginæ cœli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio & fame comſumpti ſumus.

Dan. 6 Pricipes & Satrapæ darij regis pſarum, accuſauerunt danielem, quod tribus tꝑib' ꝑ diẽ, orabat dñm ſuũ.

Dã. 13 Duo ſenes preſbyteri, q uiderũt ſuſannam eſſe conſtantiſſimæ caſtitatis, debuerant ualde eã diligere & laudare. Ipſi uero econtra detraxerũt ei, & conati ſunt eam cõdẽnare morti: ſed dominus eã mirabiliter per abſtinentem puerum liberauit.

1. Ma. 7 Alchinus impius de gẽte Iudæoꝝ qui dẽbat diligere Iudam, & fratres eius iuit ad regem demetrium, & q dam alij iniqui ex Iſrael dicẽtes: Perdidit Iudas & frẽs ei' amicos tuos, &

nos diſperdidit de terra noſtra.

Cũ uellet antiochus ciuitatẽ Pen- 2. Ma. 9
tapolim ſpoliare, fugatus ẽ multitu-
dine ad arma ꝯcurrẽte. Quã iniuriã
in Iudæos uoluit retorqre. ¶ Sꝫ ultio
grauis ſecuta eſt. ¶ Ioppitæ crudele
flagitiũ ꝑpetrauerũt: rogauerũt ducẽ 2. Mac.
tos Iudæos, ut aſcẽderẽt naues. Qui 12
cũ eſſẽt i alto mari ſubmerſerũt eos.
Nec auſterus uict' Ioãnis nec ꝯdecẽs
mãducatio ſaluatoris placuit Iudæis Mat. 11

. Phariſæi uidẽtes Dominũ dæmo-
nia eijciẽtẽ turbis ſtupẽtib', blaſphe Mat. 12
mabant dicẽtes: Hic non eijcit, niſi in Luc. 11
Beelzebub principe dæmoniorum.

Chriſti cõpatriotæ uolebãt eũ præ-
cipitare de ſupercilio montis. Luc. 4
Iudæi Chriſtũ Hieroſolimã ueniẽtẽ,
ut regẽ adorauerũt, & poſt clamaue Mat. 21
rũt. ¶ Regẽ nõ habemus niſi cæſarẽ,
& crucifige crucifige eum. Ioã. 19

Nimia fuit ꝑuerſitas in Iuda, qui ꝑ
30. argẽteis tradidit ſaluatorem. Mat. 26

Quãdo Paulus, & barnabas ꝟbũ
Dei ꝑ̄dicabãt Iudæi ꝯtradicebãt blaſ Act. 13
phemãtes. Et ita ꝯuerſi ſũt ad gẽtes.

